

TEXTUS

Sanctissime pater post pedum oscula beatorum

Il Lator della presente è il mio Auditore, il quale
spaccio a posta a V. S. accio le dica molte cose
di grande importanza. prego adong La Be^{ne} V.
si degni benignamente ascoltarlo, et prestar quel-
la fede alle sue parole perche è persona dotto, da be-
ne et ualente, che presantòce a me medesimo, se
io fusse nel suo benigno cospetto.

Il signor Dio conserui V. S. sana, et nella
sua perpetua grazia.

Data in Lithuania nella Citta di Vilna alli xxv.
di Nouembre del M. D. Lv.

Di V. S. hum. et obligatissimo seruo
A. Lippomano indegno Vescouo di Verona.

N. 1

Iulius III, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 13 I 1555.

"Haereticae pravitatis" contagioni, etiam in Polonia serpere incipienti, remedium aliquod adhibere cupiens, Sedis Apostolicae nuntium in regno illo eum nominat, ut eidem malo obsistere conetur. De tempore profectionis et rebus ad hoc nuntii munus pertinentibus eum brevi certiozem facere pollicetur. Postulat, ne nominationem hanc palam divulget.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 22r-v.

- **Ed.:** Raynaldus XIV, p. 572 (fragmentum, correctis erronee nomine pontificis et datatione: "Paulus papa IV" et "die XIII Junii MDLV, anno I").

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 575.

Cop. coeva: AV, Arm. 44, ms. 6 f. 53r.

Ven.li Fratri Aloisio Episcopo Veronensi

Ven.lis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Fortasse Fraternitas tua, ob perpetuam suam pro religione christiana fideque catholica in rebus his vigilantiam, non minus quam Nos audivit in Poloniae Regnum nobilissimum, nullaque antea macula infectum, pravitatis haereticae contagionem ita nonnullis in locis serpere coepisse, ut nisi aliquod remedium atque illud quidem praesens adhibeamus, vehementer timendum sit, ne Natio illa universa corrumpatur atque in id morbi genus facile incidat, quod, ut optime novit tua Fraternitas, aut nunquam aut raro sanari potest¹.

Quare, cum videamus maxime necessarium esse, ut illuc aliquis mittatur, qui non solum nostro et Sanctae^a) huius Se[22v]dis nomine, sed sua etiam virtute, doctrina, pietate huic malo mederi et possit et sciat, nemo nobis adhuc in mentem venit, qui ad hanc curationem te vel aptior vel promptior esse videatur, vel in cuius erga Nos atque ipsam Sedem studio, diligentia, fide conquiescere tutius possimus. Et quamvis non ignoremus, quantum perturbationis curae tibi istic creditae, piisque et eximiis tuis lucubrationibus haec profectio allatura sit, quia tamen nostra et Sedis eiusdem causa, ac in primis Domini Nostri Iesu Christi, cuius agitur res, omnes labores atque om-

¹ Cfr. A. 1.

nia incommoda libentissime te, ut experti iam sumus, suscepturum confidimus, has ad te dedimus litteras, ut Fraternitas tua eis perlectis ad hoc opus sanctissimum se interim adcingat et paret, dum eam de profectionis tempore deque rebus, quae ad hoc negotium pertinent, certiores faciamus. Quid quam et Nobis ac Regi illi Ser.mo² et Deo gratum sit futurum, ex re ipsa plane potes intelligere. Quae res et haec ipsa, quae scripsimus, ut apud te solum sint neque ullo modo divulgentur, in primis desideramus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum etc., die XIII Ianuarii M.D.LV, anno 5^o.

^{a)} *In ms: Sancto*

N. 2.

Aloisius Lippomano
Paulo IV, pontifici maximo

Veronae, 29 V 1555.

Ad summi pontificatus fastigium evecto gratulatur. Calamitates Ecclesiae describit et sperat fore, ut - ipso christianae reipublicae gubernacula moderante - vera et efficax eius renovatio atque emendatio ad effectum perduci queat.

Or.: AV, A.A. I-XVIII, ms. 6541 f. 174r-175r. In f. 175v inscriptio et sigillum.
- Cop. XIX saec.: AV, Carte Farnesiane 17 f. 84r-85v.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Iam tandem laetum iucundumque suscepimus nuncium, iam gaudii et exultationis vox audita est in terra nostra³, te virum sanctissimum sanctitatis sedem et apostolicae dignitatis fastigium Dei gratia conscendisse, necnon et virtutum tuarum, quibus cumulatissime exornaris, meritis ingentibus. O diem profecto faustum felicemque bonis omnibus et qui Christi gloriam et sponsae suae decorem summopere desiderant. Praeclare quidem nobiscum actum est, summa Dei bonitate et misericordia, et vere facti sumus laetantes⁴. At ego praeter caeteros dudum in tanti Patris et Patroni fidem et clientelam receptus, merito omnibus debeo exultare laetitiis, cum super candela-

² Sigismundo Augusto.

³ Paraphrasis Cant. 2, 12.

⁴ Ps. 125, 3.

brum Ecclesiae attolli lucernam splendidissimam video, ne sit lumen eius absconditum, nec sibi soli, sed omnibus qui in domo Dei sunt, ardeat et luceat⁵, et cunctos ad viam vitae deducat. Quantum ergo omnipotenti Deo debere me fateor atque etiam profiteor, qui diem hunc mihi videre concesserit, quem tam diu videre desideravi? Sit nomen eius benedictum in saecula, qui non amovit misericordiam suam a me⁶.

Caeterum non solum Veronensis haec tua filia, Pater beatissime, sed et universa Ecclesia, sponsa tua, tot tantisque difficultatibus affecta atque afflicta, pulsat nunc patris orphanorum et iudicis viduarum pia viscera⁷. Iacet quippe iam olim in pulvere virgo nobilis Israel, plorans plorat in nocte et tota die moerore conficitur, nec est qui consoletur eam⁸. En fas, honor, religio, iustitia penitus a clero evanuerunt. Qui curam gerere dicuntur animarum, nullam prorsus gerunt, et utinam non potius carnis, luxus et avaritiae. [174v] Pueri videntur in subselliis cathedralium Ecclesiarum, ut eorum praelatos magis ludi magistros quam episcopos appellare possimus⁹. Pluribus beneficiis abutuntur divites, cum e contrario pauperes clerici esuriant. Unius eiusdemque sacerdotii tot pene inveniuntur collatores, quot et illorum appetitores. Ecclesiae libertas prostrata vilescit. Episcopis nulla adhibetur reverentia aut obedientia. Censurae ecclesiasticae deridentur. Religiosos ad non recte vivendum privilegiorum abyssus tutatur. Denique quam sibi quisque ingeniolo suo fidem proponit, eam sequitur et praedicat, idque impune. O calamitas miserabilis, o nunquam satis deplorata vastatio!

Haec cum ita sint, quae omnia melius noscis, Pater beatissime, accingere, obsecro, gladio tuo super foemur tuum, potentissime¹⁰, ut, tanquam alter Phinees, scortantes in domo Domini severissime ferias¹¹, et sicut alter Helias, zelo Domini accensus, prophetas Baal omnes interficias et in frustra comminuas¹², ut tandem extincta carne in Dei Ecclesia, sub te, tali tantoque pastore, spiritus pro ea exurgere et florere inveniatur. Dudum est, quod ista nobis a Sanctitatis Tuae praedecessoribus, prolixioribus fortasse quam par erat verbis, promittebantur, a bonis desiderabantur et rogabantur, sed minime praestabantur. Verum in hunc diem Divina voluntate reiecta fuisse omnia non ambigimus, tibi que soli, Sanctissime Pater, hanc rem integram reservatam, qui dum in amplissimo Cardinalium ordine versareris, solebas, pro tua benignitate, saepius has mecum deplorare calamitates.

Quocirca Dei clementia Sanctitatem Tuam hodie super gentes et regna [constituit^a], ut scandala omnia de Ecclesia, [175r] quae eam mirum in mo-

⁵ Paraphrasis Matth. 5, 15.

⁶ 2 Mach. 6, 16.

⁷ Ps. 67, 6; viscera patris passim in Vetere Testamento.

⁸ Paraphrasis Jer. 31, 15; cfr. Matth. 2, 18.

⁹ Paraphrasis Luc. 7, 32.

¹⁰ Ps. 44, 4.

¹¹ Cfr. Ps. 105, 30.

¹² Cfr. 3 Reg. 18, 40.

dum vexant atque perturbant, potenter evellat, facinorosos et improbos homines disperdat et dissipet, et quaecunque sancta, [iu]sta^{a)} et fidelia, aedificet et plantet¹³. Hoc plane dignum Sanctitatis Tuae apostolatu, hoc beneplacitum Deo, hoc totius Christianae Reipublicae universale est desiderium. Nos interim, cum tota hac Ecclesia, iuges ad Dominum preces effundere non cessabimus, ea qua maxime poterimus charitate ferventes, ut Beatitudinem Tuam diu incolumem ad nostram et bonorum omnium salutem conservet, sua gratia nunquam destituat, quo voluntatem suam in omnibus adimplere valeat et, sicut hucusque fecit, per semitam mandatorum suorum corde magno et animo volenti incedentem semper regat atque custodiat. Veronae, XXIX Maii M.D.LV^{to}.

Eiusdem Sanctitatis Tuae addictissimus

(^b-A[loisius] Lipomanus Epus Veronensis indignus^{b)})

^{a)} *Initium verbi propter lituram prorsus deletum.*

^{b)} *Autographum.*

N. 3.

Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa

Veronae, 19 VI 1555.

De dignitate cardinalicia, ad quam a pontifice maximo propectus est, ei gratulatur.

Or.: BV, Barb.Lat. 5715 f. 7r. In f. 8v inscriptio, sigillum et alia manu: "Risposto all'8 di luglio".

Ill.mo et Rev.mo Signor mio colendissimo.

Sì come io, per molt'anni devotissimo et fedelissimo servitore di Nostro Signore, non aspettavo altro che d'udire che Sua Beatitudine fusse gionta là, ove, per debito mio et per l'amore che ha sempre mostrato in particolare a Casa Lippomana, l'ho sempre desiderata, et dopo la degnissima sua assontione n'ho goduto infinitamete dentro l'animo mio, così anchora devo senza

¹³ Jerem. 1, 10.

fine rallegrarmi con V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma del grado che così degnamente et con contento di ciascuno suo amorevole ha ricevuto dalla mano liberalissima di Sua Santità¹⁴. Hor adonque con ogni riverenza m'inchino a V.ra Signoria Rev.ma et congratulandomi dell'honoratissima sua promotione, me l'offero di buon cuore perpetuo et fedele servitore, pregando sempre il Signor Iddio che le conceda quei contenti che lei stessa vorrebbe, per gloria sua, esaltation della sua Santa Chiesa et splendore dell'Ill.ma et nobilissima sua fameglia. Et qui con ogni submissione facendo fine, le bacio la degnissima mano. Di Verona, il di XIX di Giugno del M.D.LV.

D[i] V.ra Signoria Ill.ma et Rev.ma affectionatissimo servitore

(^a-A[louyse] Lipomano indegno Vescovo di Verona^a)

^a-a) *Autographum.*

N. 4.

Ioannes Carafa, comes Montorii
Aloisio Lippomano

Romae, 2 VII 1555.

Summi pontificis nomine ei mandat, ut - dum in Poloniam iter faciet - Augustam Vindelicorum devertat et impedire nitatur, ne in Comitibus Imperii ibi celebratis aliquid religioni catholicae perniciosum decernatur. Suadet ei, ut se quam primum itineri committat, pecuniam et instructiones ad munus suum ob-eundum necessarias mox accepturus. Accuratius de omnibus a nuntio Zacharia Dolfin eum edoctum iri addit.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 221r.

- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 96.

Lettera dell'Ill.mo Sig. Conte di Montorio
al molto Rev.do Mons. il Vescovo di Verona

Molto Rev.do Monsignore. La buona oppenione che Nostro Signore meritatamente ha di V.ra Signoria et la qualità de negotii che si trattano in Germania fanno che Sua Santità, per dubio di qualche disordine che potesse seguir nella Dieta, vuole che V.ra Signoria, prima che passi in Polonia, si fermi

¹⁴ Carolus Carafa creatus est S.R.E. cardinalis die 7 VI 1555, cfr. Gulik-Eubel HC III, p. 34.

in Augusta, per proveder che non si tratti, o almeno che non si concluda cosa pregiudiziale alla Religion Cattolica et a questa Santa Sede¹⁵. Et per il carico [sic] delle faccende ch'è piaciuto a Sua Santità di darmi, m'ha commesso che le ne dia avviso, acciocché V.ra Signoria avanzi tempo in apparecchiarsi a poter quanto prima mettersi in viaggio, perché qui s'attende con ogni diligenza alla sua ispeditione. Et poco doppo la ricevuta di questa ella haverà in mano la provisione del danaro et brevi con l'instruzione et altre scritture di sua informatione, oltre alle cose che essa intenderà dal Molto Rev.do Mons. Nuntio¹⁶, al qual'è già stato commesso che dia a V.ra Signoria un diligente raguaglio del negotio et delle persone et di tutto ciò che sarà di bisogno et che poi se ne venga subito a Roma a darne particolar conto a Sua Beatitudine. Il quale havuto, si scriverà a V.ra Signoria quello di più ch'occorrerà circa il negotio di Germania. Et con questo facendo fine, a V.ra Signoria per sempre mi offero et raccomando. Di Roma, a 2 di luglio 1555.

Il Conte di Montorio

N. 5.

**Ioannes Carafa, comes Montorii,
Aloisio Lippomano**

Romae, 5 VII 1555.

Mandat ei, ut quam celerrime viam ingrediatur et ad comitia (Augustana) tempori adveniat impediatur, ne quid catholicis damnosum illic decernatur. Mittit ei mandatum nummarium pro 1000 scutis valens, a mensario Veneto ei persolvendis, instructionem, litteras credentiales et aliquot epistulas nuntii Dolfin, quae de rebus Germaniae eum accuratius edocebunt. Res ad expeditionem Polonam pertinentes eum postea accepturum esse nuntiat.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 222v-223r.
- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 99-100.

Lettera del Sig. Conte di Montorio di V di luglio per l'ispeditione,
mandata da Bologna per messo apposta al Vescovo di Verona

¹⁵ In comitiis Imperii, quae primo vere a. 1555 Augustae Vindelicorum celebrari coepta sunt, deliberabatur de Lutheranis in Germania cum catholicis coaequandis. Quod eiusmodi inter eos aequalitas introduci posset, nuntius Zacharias Dolfin summum pontificem praemonebat, cfr. Goetz VKAR, p. 197-202.

¹⁶ Zacharias Dolfin (Delfino, 1527-1584), ab a. 1553 epus Pharensis (Hvar in Dalmatia), a. 1554-1556 nuntius in Germania, postea S.R.E. cardinalis (ab a. 1565).

Molto Rev.do Monsignore. All'ispeditione di V.ra Signoria per Polonia si darà ordine con più tempo. Fin'hora s'è atteso allo spaccio suo per Germania. Ma non potendosi haver' ispediti per questa sera tutti gli brevi per gli Principi, si sono lasciati per mandarli appresso in diligentia, sì che agghionghino V.ra Signoria nel viaggio. Percioché Nostro Signore, per gelosia di qualche subito recesso della Dieta in danno de Cattolici¹⁷, ha voluto che si differisca di scrivere a V.ra Signoria, acciò che si metta subito in camino, tollerando tutto quel incommodo che può, per ritrovarsi in tempo alla Dieta. Et perciò si manda a V.ra Signoria una lettera di cambio di scudi mille d'oro, da essere pagati ad ogni suo piacere dal magnifico messer Francesco Nasi¹⁸ in Venetia, et insieme l'instruttione¹⁹ con tutto il resto, che le scrissi Mercore[di] passato²⁰, cio è il breve credentiale di Sua Santità nella persona mia²¹ et alcune lettere di Mons. Delfino²². Queste acciò V.ra Signoria habia particolar informatione della Dieta, quello perché sappia a chi indirizzar le lettere e da chi aspettar le commissioni di Sua Santità.

Faccia dunque V.ra Signoria in modo che la virtù sua non perda quest' occasione d'adoprarsi in servizio di Dio et della Santa Sede Apostolica, per ciò che io non credo che nel presente bisogno si possa richiedere più di quel che si spera da V.ra Signoria, per la bontà, [223r] per la dottrina et per la molta esperienza ch'ella ha in cose, fatti, maneggi. Et le prometto che me troverà sempre prontissimo a farle cosa grata. Nostro Signore Dio la conservi. Di Roma, a V di luglio 1555.

Il Conte di Montorio

N. 6.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 5 VII 1555.

Nuntiat se Ioanni Carafa, comiti Montorii, iniunxisse, ut nomine suo cum eo, legatione eius in Germania et Polonia durante, ageret, et postulat, ut ei in omnibus adhibeat fidem.

¹⁷ Vide supra, N. 4.

¹⁸ Mercator Florentinus Venetiis (cfr. Gaeta NV, V, p. 289, 304).

¹⁹ Vide infra, N. 7.

²⁰ Vide N. 4.

²¹ Vide N. 6.

²² Agitur verisimiliter de epistulis, ad summum pontificem et card. Carafam Augusta Vindelicorum 8, 15 et 22 VI 1555 datis, cfr. Goetz NBD I/17, p. 83-89.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 224r-v.

Breve credentiale di Sua Santità nella persona del Sig. Conte di Montorio

Ven.li Fratri Episcopo Veronensi

Paulus Papa IIII

Venerabilis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum in earum curarum et laborum partem, quae ad pastorale hoc munus nostrum obeundum a nobis sunt suscipienda, etiam dilectum filium, nobilem virum Ioannem Carafam, Comitem Montorii, nostrum secundum carnem nepotem, vocaverimus, deque illius fide et veritate rerumque tractandarum peritia plurimum nobis possimus polliceri, [224v] volumus, ut quoties ei ad te scribere aut internuncio[s] mittere quavis de re, aut quavis de causa contigerit, non minorem ei fidem perpetuo habeas, quam si a nobismetipsis et scriptae litterae et missi internuncii essent. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub anulo Piscatoris, die V Iulii 1555, pontificatus nostri anno primo, etc.²³

Fr[anciscus] Binus²⁴

N. 7.

**Instructio pro Germania
Aloisio Lippomano data**

[Romae, 5 VII 1555].

Edocetur imprimis principale munus suum in nuntiatura in Polonia situm esse, ad quod obeundum instructio a cardinalibus Farnese et Puteo apparanda eique mittenda erit. Deinde mandatur ei, ut - antequam in Poloniam veniat - Augustam devertat et impediatur, ne in Comitibus Imperii aliquid religioni catholicae damnosum atque perniciosum decernatur.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 223r-223v.

Cop.: AV, Arm. 64, ms. 32 f. 204r-205v.

Cop.: BV, Vat.Lat. 6950 f. 255r-256r.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 96-99.

²³ Breve eiusdem tenoris obtinuit Lippomanus tanquam epus Veronensis iam 2 VI 1555, cfr. AV, Arm. 44, ms. 4 f. 67v.

²⁴ Ioannes Franciscus Bini (1524-1556), secretarius brevium ad principes ab a. 1554.

Istruttione al Vescovo di Verona

La principal ispeditione del Vescovo di Verona è di mandarlo in Polonia per le cose di quel Regno. Et per questo effetto bisognerà mandar l'istruttione et brevi, secondo che parrà a Mons. Rev.mo Farnese, Protettor di quel Regno²⁵, et a Mons. Rev.mo Puteo²⁶.

Prima che detto Vescovo di Verona arrivi in Polonia, vuole che per il presente bisogno si transferisca alla Dieta di Augusta, et quivi, intendendo il mal camino per il quale si va, procuri con la Maestà del Re²⁷ prima, et poi con quelli Prelati et altri Principi Cattolici et suoi Ambassadori, che la Dieta si dissolva senza recesso, o pure facendo sì ch'in essa non si faccia cosa che sia mala. [*Nuntius regi Ferdinando, principibus et episcopis Imperii persuadere debere eiusmodi recessum omnino esse damnosum. De rebus in Comitii agitatis a nuntio Dolfin accuratis edocebitur. Committitur ei, ut quam primum se itineri committat*].

N. 8.

**Ioannes Carafa, comes Montorii
Aloisio Lippomano**

Romae, 6 VII 1555.

Mittit his adiuncta 11 brevia de rebus Germaniae, litteras nuntii Zachariae Dolfin et una zifra, della qual s'aspetta particolar avviso se le capiterà in mano ben conditionata et fuora di sospettione d'essere stata aperta, perché in caso che si dubitasse, si farebbe nuova provisione²⁸. Quanto allo spaccio di Polonia, s'attende tutta via a metterlo in ordine et fra pochi giorni s'invierà a V.ra Signoria.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 225v.

- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 101.

²⁵ Alexander Farnese (1520-1589), nepos Pauli III, card. ab a. 1534, protector regni Poloniae ab a. 1544.

²⁶ Iacobus Puteo (1495-1563), card. ab a. 1551, viceprotector regni Poloniae ab a. 1553.

²⁷ Ferdinandus Habsburg (1503-1564), frater germanus imperatoris Caroli V, rex Romanorum ab a. 1534, postea imperator Romanus (ab a. 1558).

²⁸ "Cifra" seu clavis notarum arcanarum, etiam ad missionem Polonam quod attinet, non reperitur.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 6 VII 1555.

Revocat ei in memoriam, quas ob causas Iulius III eum nuntium suum in Polonia designaverit; nunc, cum res ibi deteriores factae sint, se nominationem illam renovare atque iterum confirmare nuntiat. Praeterea committit ei munus Augustae obeundum, de quo iam pridem in litteris comitis Montorii fusius scriptum sit. Se totam hanc rem prudentiae et doctrinae eius committere scribit.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 95r-v.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 226v-227r.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 100-101.

Ven.li Fratri Episcopo Veronensi

PAULUS PAPA IIII

Ven.lis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Non ignorat Fratertitas tua, quibusnam de causis a felicis recordationis Iulio III, praedecessore nostro, Nuntius Apostolicus ad Char.mum in Christo filium nostrum Sigismundum Augustum, Poloniae Regem Illustrem, fueris designatus²⁹, quotque postea et quanta[e] difficultate[s], quo minus illuc mitti potueris, omnes nos impedi[e]rint. Nunc, quando magis in dies nobis affirmatur, si eius Regni saluti consultum velimus, nullo modo diutius differendum esse, quin malis illis occurramus, Te nostrum et Sedis Apostolicae ad Regem ipsum Poloniae et universum ipsius Regnum Nuntium tenore praesentium facimus et constituimus; tuaeque Fratertitati committimus et mandamus, ut quanto citius fieri a te poterit (quod tamen commodo valetudinis tuae fiat), te illuc conferras, proque iis negotiis nostro nomine gerendis, de quibus Dilectus Filius, Nobilis Vir Ioannes, Comes Montorii, noster secundum carnem nepos, proxime ad te scripsit, per Augustam [95v] Vindelicorum iter facias³⁰. Quid autem ibidem sis acturus, etiam ex eius litteris, his coniunctis, pluribus cognosces³¹.

Et quoniam ipsa rei necessitas Fratertitati tuae, qua diligentia et cura ad eam pertractandam piisque nostrum desiderium explendum opus sit, plane declarabit, tuaque ipsius prudentia et doctrina tractationis modum

²⁹ Cfr. supra, N. 1.

³⁰ Cfr. supra, N. 4-5.

³¹ Cfr. N. 6-7.

docebit, non est quod pluribus agamus. Tantum Deum ipsum precamur, ut tecum ubique sit suaque benedictione et custodia euntem et redeuntem incolumem servet. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die VI Iulii MDLV, Pontificatus nostri anno primo.

N. 10.

**Ioannes Franciscus Commendone, secretarius summi pontificis
Aloisio Lippomano**

Romae, 6 VII 1555.

Una cum scriptis ante confectis mittit breve pontificium ei destinatum, cui litterae comitis Montorii non sunt adiunctae, propterea quod breve praefatum non prius nisi hora quinta noctis finitum sit; octo autem brevium exemplaria apparata esse nuntiat, cum reliqua tria cum iis paria et eadem sint.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 226v.

Lettera del magnifico messer Giovanni Francesco Comendone³²
con la quale s'hebbe il breve della legatione di Polonia

Molto Rev.do Signor mio osservandissimo. Il breve per V.ra Signoria Rev.da s'è finito d'ispedir adesso, che sono sonate le cinque hore, et se le manda con gli altri³³, senza che sia accompagnato dalla lettera particolare del Sig. Conte di Montorio, per non tardar l'ispeditione, che Sua Signoria è già buona pezza a letto. Et non importando più che tanto, si supplirà con le prime. Per la brevità del tempo si è similmente fatta copia di VIII brevi soli, come vedrà. Gli altri tre sono lasciati, per essere nella medema materia et quasi con le medeme parole che gli altri. A V.ra Signoria Rev.da bacio la mano. Il Sabato, VI di luglio 1555, alle VI hore³⁴.

Gio[vanni] Francesco Comendone Segretario

³² Ioannes Franciscus Commendone (1524-1584), "secretarius intimus" Iulii III et Pauli IV (cfr. Roma, AS, F. Camerale I, Depositeria Gen., ms. 1877 f. 82r), epus Zacynthensis inde a 25 X 1555, postea nuntius in Polonia (1563-1565), card. ab a. 1565.

³³ Id est una cum scriptis, de quibus in N. 9; quod ita erat, testatur ipse comes Montorii (vide infra, N. 15).

³⁴ Secundum computum, quo integra nox pertinebat ad diem praecedentem, sed horae numerabantur ab occasu solis.

Aloisius Lippomano
Ioanni Carafa, comiti Montorii

Veronae, 7 VII 1555.

Ad litteras eius 2 VII datas respondet et nuntiat se, praeter aetatem iam provectam et affectam valetudinem, missionem Augustanam et munus in Polonia obeundum acceptare. Rogat, ut sibi theologi adiungantur, Societatis Iesu sodales, Iacobus Lainez et Alfonsus Salmerón, vel si Salmerón adiungi non possit, saltem Lainez et Ioannes Viola sibi concedantur. Certiorem eum facit se negotiorum suorum curatorem Romae Franciscum Corona, Bononiae vero Ioannem Antonium Sarto, postarum praefectum, constituisse.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 221v-222v.

- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 102-103.

Risposta alla retroscritta lettera del Sig. Conte de Montorio³⁵

Ill.mo Monsignore et osservandissimo mio Signore. Hoggi ho havuto la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di 2 del presente, inviatami per il Sarto, Postiero di Bologna³⁶, con buona diligenza. Per la qual veggo quanto ella mi scrive essere la mente di Sua Santità ch'io vada in Augusta et poi in Polonia, et che mi ponga all'ordine quanto più presto potrò. Et rispondendo a V.ra Signoria Ill.ma con ogni riverenza, le dico che ancor ch'io conosca in me essere tutte l'imperfetioni et impedimenti che possono cascar in un huomo per esercitar tale et tanto uffitio per Sua Beatitudine, alla qual convengono ministri che siano omni exceptione maiores, et anco bench'io conosca li negotii di Germania per molta prattica ch'io ho di quella natione disperatissima³⁷, nondimeno piacendo così a Sua Santità, la qual mi è signore per il carico che tiene, et poi in particolare già molti et molti anni padrone, et più singolarmente padre, per havermi fatto Sua Beatitudine Vescovo et consagrato con le sue santissime mani, è mio debito con ogni humiltà di sottomettermi al volere et beneplacito suo et andare ove ella mi commanda, seben mi mandasse al mondo nuovo. Ben prometto a V.ra Signoria Ill.ma che Sua Santità potria

³⁵ Epistula haec in copiariorum Septimancensium sequitur immediate epistolam N. 4.

³⁶ Ioannes Antonius Vignani, dictus Sarto, unus ex postarum magistris Bononiensibus, curabat transmissionem epistularum ex Curia Romana et in Curiam datarum aliis quoque casibus, cfr. eius epistolam ad card. Carolum Carafa, 4 VII 1556 in AV, Lettere di Principi, ms. 22 f. 123r; cfr. infra N. 11.

³⁷ Loquitur de rerum usu et experientia, quam sibi comparaverat, cum a. 1548-1550 munere nuntii in Germania fungeretur, cfr. introductionem.

ritrovar ogniuno più buono et sufficiente di me a queste imprese, nondimeno ardirò ben dire forse non troverà persona più fedele, leale et sincera del Vescovo di Verona, sua vera et devota Creatura. Sì che, quanto spetta all'andata, io starò preparato et aspetterò più pieno et particolar avviso da V.ra Signoria, come ella mi scrive.

Et perché quando Papa Giulio alli mesi passati mi volse dar questo istesso carico di Polonia, pregai Sua Santità fusse contenta darmi due persone dotte in Theologia, le quali venessero meco per consigliare [222r] qualche volta le materie christiane che potessero occorrere, et segnalatamente ricercai messer Giacomo Lainez et messer Alfonso Salmerone della Congregatione del Giesù di Roma³⁸, de quello istesso pregherò hora. V.ra Signoria Ill.ma si degni oprar con Sua Santità ch'io habia quelli istessi, per havergli io isperimentati a Trento nel Concilio et qui, a casa mia, molti anni, per persone cattoliche et buoni servi della Sede Apostolica. Et quando non si possa haver il Salmerone, s'habia almeno il Lainez, il qual andò medesimamente in Augusta alli mesi passati co'l Rev.mo Morone³⁹, et messer Gian Battista Viola, pure dell'istessa Congregatione⁴⁰. D'altre persone non mi fidarei così, salvo se Sua Santità non deliberasse d'altri, la qual conosce molto bene tutti et quanto vagliano. Questa compagnia desidero per honor di Sua Santità et della Sede Apostolica, ancor che, per gratia di Dio, non credo mai errare in his quae sunt fidei et authoritatis et amplitudinis Sedis Apostolicae. Pure ad abundante cautela, mi pare non sia male haver seco consiglio sano et sincero, rimettendomi anco in questo al voler di Sua Santità.

Costì è un gentilhuomo Romano, il quale fa le mie faccende, notissimo a Sua Santità, dimandato [sic] messer Francesco Corona, che sta in Piazza Margana⁴¹. V.ra Signoria Ill.ma si degnerà fargli dar l'alligate et anco ragionar seco d'ogni cosa ch'occorrerà alla giornata sicuramente, perché è fidelissimo. Et mi si scriverà ogni cosa sinceramente.

Il Sarto, Postiero di Bologna, messer Gian Antonio, è stato sempre gran servitore della Sede Apostolica et ha servito in ogni cosa fedelissimamente. Et io ne son buon testimonio che sotto gli altri papi, essendo io in qualche negotio, gli ho indirizzato infiniti spacci, nei quali ha usato sempre gran fedeltà et diligenza. Però lo raccomando di buon cuore a V.ra Signoria Ill.ma, perché in ogni cosa le farà honore.

³⁸ Iacobus Lainez (1512-1565), socius S. Ignatii Loyola, secundus praepositus generalis SJ (ab a. 1558), theologus Concilii Tridentini a. 1546 et 1551; Alfonsus Salmerón (1515-1585), etiam socius S. Ignatii, eximius theologus. Epistula Aloisii Lippomano, qua petebat eos sibi in missione Polona adiungi, non invenitur.

³⁹ Lainez, 7 I 1555 nominatus socius card. legati Ioannis Morone, mense Martio a. 1555 una cum eo Augustae morabatur (cfr. GoetzNBDI/17, p. XVII-XX).

⁴⁰ Ioannes Baptista Viola (ca 1517-1589), in Societate Jesu ab a. 1540, qui tunc Ianuae commorabatur.

⁴¹ Platea in propinquo Palatii Venetorum, a parte basilicae S. Marci sita.

Bacio la degnissima mano di V.ra Signoria Ill.ma et pregola si degni in nome mio [222v] baciare a Sua Beatitudine i ss.mi piedi et offerirle quanto ho in questo mondo, con la vita insieme, il quale però prima che hora è stato tutto di Sua Santità, come la sa molto bene, per esserlo io d'infiniti oblighi alligato et devinto. Di Verona, a VII di luglio 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

N. 12.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 9 VII 1555.

Nuntiat se Zachariae Dolfin, suo apud regem Romanorum (Ferdinandum) nuntio, commisisse, ut - cum eum (Augustae) de omnibus accurate edocuerit - statim Romam rediret et de statu rerum in Germania sibi referret. Ubi autem is abierit, ad curam et prudentiam tuam imprimis pertinebit ex iis, quae tum illuc videris, tum e Regno Poloniae audieris, diiudicare et quandiu cum Germanis permansurus sis, et quam cito illuc properaturus. Neque enim rebus, de quibus ad te scriptum fuit, apud Regem ac caeteros confictis, Fraternitati tuae necessarium erit eiusdem vel alterius Nuncii adventum a nobis expectare.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 96r.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 229r.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 105.

N. 13.

Aloisius Lippomano
Ioanni Carafa, comiti Montorii

Veronae, 11 VII 1555.

Significat se fasciculum eius, 15 VII missum, accepisse. Augustam quam primum proficisci pollicetur. Nuntiat se ad litteras eius, 2 VII datas, responsum per Bononiensem postarum praefectum (Sarto) ei transmisisse. Eundem Sarto

commendat. Clavem notarum secretarum sibi mitti petit et viam indicari, qua litteras suas ad eum tuto mittere possit.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 224v-225r.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 105-107.

Risposta alla lettera del Sig. Conte di V di luglio

Ill.mo et Osservandissimo mio Signore.

Hoggi alle XV hore ho ricevuto l'altro plico di V.ra Signoria Ill.ma di cinque del presente con l'istruzione, il breve di Sua Santità, le lettere del Rev. mo Nuntio et la lettera di cambio degli mille scudi, che quella si degna mandarmi⁴², della quale molto la ringratio. Et visto quanto V.ra Signoria Ill.ma m'impone per parte de Sua Santità, userò ogni diligenza d'andar quanto più presto potrò. Et se non fusse l'età già grave et alcuna mia corporal indisposizione di rottura, per obedir più prontamente Sua Santità, sarei montato su le poste, ma perché non si puo, Sua Beatitudine m'haverà per iscusato. Con tutto ciò spero, piacendo al Sig. Iddio, martedì, che sarà li XVI del mese, senza fallo, con sette o vero otto cavalli, ponermi in camino, lasciando ordine alla mia fameglia [sic] che venghi dietro, per poter andare più a tempo, secondo la mente di Sua Santità.

[*De summa rerum omnium in comitiis Imperii confusione desperat, omnia tamen, quae in potestate sua sint, diligenter facere promittit*]. Alle lettere di 2 di V.ra Signoria Ill.ma risposi alli 7⁴³ et l'inviai al Maestro delle Poste di Bologna⁴⁴, al qual anco gli raccomandai che si degnasse prestargli il suo favore, come faccio anco al presente, al quale parimente invio il presente spaccio.

Piacerà a V.ra Signoria Ill.ma darmi ordine per qual via le doverò inviar le lettere come io sia gionto in Augusta, et se le parerà anco di mandarmi una zifra, con la quale si possano alcuna volta scrivere le cose importanti. Ella farà quanto le piacerà. Di Verona, a XI di luglio 1555.

A[loyse] L[ipomano] [Vescovo] di Verona

⁴² Vide supra, N. 5.

⁴³ Vide N. 4 et 11.

⁴⁴ Ioannes Antonius Vignani dictus Sarto, cfr. supra, N. 11.

N. 14.

Aloisius Lippomano
Ioanni Carafa, comiti Montorii

Veronae, 12 VII 1555.

Certiozem eum reddit 11 brevia et totidem eorum exemplaria, epistulam Zachariae Dolfin et litteras notis arcanis scriptas (cfr. N. 8), sibi reddita esse hoggi alle XIX hore [...]. In quanto al partir mio, anchorché havessi deliberato di non partirmi fin' a martedì, per non haver havuto tempo di mettermi in ordine, vedendo nondimeno la gran fretta che V.ra Signoria Ill.ma mi dà a causa ch'io mi possa trovar' alla Dieta in tempo, vedrò in ogni modo di partirmi lunedì mattina, promettendo d'andar con quella maggior diligenza che potrà sopportar la mia indisposizione.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 226r.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 107.

N. 15.

Ioannes Carafa, comes Montorii
Aloisio Lippomano

Romae, 16 VII 1555.

Nuntiat de expeditione eius in Poloniam et de nominatione theologorum ei adiungendorum cum summo pontifice postero die tractatum iri.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 228v.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 109-110.

Lettera del Sig. Conte di Montorio di XVI di luglio 1555

Molto Rev.do Monsignore. Questi Signori Rev.mi⁴⁵ hanno in animo di parlar' anco dimattina a Nostro Signore sopra l'ispeditione di V.ra Signoria per Polonia, et così si tardarà di mandargliela per il primo. Et già deve haver ri-

⁴⁵ Cardinales Alexander Farnese et Iacobus Puteo, vide infra, N. 18, cfr. supra, N. 7.

cevuto il breve che in questa materia se gli mandò con gli XI di Germania, anchorché di quello non se ne fosse fatta mentione nella lettera⁴⁶.

[*Significat 3 brevia de revocando nuntio Dolfin Augustam missa esse*].

Di Theologi si risolverà dimane⁴⁷ et subito se ne darà avviso a V.ra Signoria, et si sollecitarà la partita loro con ogni diligenza. Né altro. A V.ra Signoria al solito m'offerò et raccomando. Di Roma, a XVI di luglio 1555^a).

^a) *In copia sequitur erronee adscripta
subscriptio: A.L. V. di Verona*

N. 16.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 18 VII 1555.

Notum facit se Carolum Carafa in cardinalium collegium cooptasse eique curam publicorum Sedis Apostolicae negotiorum commisisse. Postulat, ut ei ad se scripturo plenam adhibeat fidem.

Cop. (ex or.): Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 233v.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 100v (cum dato 16 VII).

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 110-111 (cum dato 16 VII).

Ven.li Fratri Aloysio Episcopo Veronensi
ad Regem Ser.mum Poloniae nostro et Apostolicae Sedis Nuncio.

PAULUS PAPA III

Ven.lis Frater, etc. Ut audire potuit tua Fraternitas, in Sacrum Ven.lium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Collegium, dilectum filium, nobilem virum Carolum Carafam, nostrum secundum carnem nepotem, non solum omnium consensu, sed hortatu etiam cooptavimus⁴⁸. Cumque nos eum talem cognoverimus, ut de illius prudentia, virtute et integritate nobis et Sanctae huic Sedi plurimum et honoris et commodi perpetuo polliceri possimus, in

⁴⁶ Vide supra, N. 9; cfr. N. 8 et 10.

⁴⁷ De Iacobo Lainez et Alfonso Salmerón, postulatis a Lippomano, vide supra, N. 11.

⁴⁸ Cfr. supra, N. 3.

partem harum curarum et negotiorum nostrorum ad eandem Ecclesiam Sedemque Apostolicam pertinentium, qui quot quantique sint minime te latet, illum vocavimus.

Quare cum is propterea ad Fraternitatem tuam in praesenti scribat ac deinceps in posterum scripturus sit nostro nomine, etsi id per te facturum fuisset confidimus, volumus tamen, ut eandem prorsus fidem eius litteris habeas, quam nostris haberes. Quod erit nobis gratissimum et rebus ipsis agendis omnino necessarium. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XVIII Iulii 1555, Pontificatus nostri anno primo.

Fr[anciscus] Binus

N. 17.

Card. Carolus Carafa
Aloisio Lippomano

Romae, 18 VII 1555.

Nuntiat curam publicorum Sedis Apostolicae negotiorum a summo pontifice sibi demandatam esse, theologum autem sibi adiunctum esse Alfonsum Salmerón; missionem documentorum ad nuntiaturam Polonam pertinentium ob dubia quaedam, a cardinalibus Farnese et Puteo mota, retardatam esse. Commendationem postarum magistri Sarto iam effectum suum esse sortitam.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 233r-v.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 111-112.

Lettera del Rev.mo Card. Carafa delli XVIII di luglio 1555
al molto Rev.do Mons. il Vescovo di Verona, Nuntio di Nostro Signore

Molto Rev.do Monsignore. Nostro Signore, perseverando nella sua somma benignità verso di me, ha voluto ch'io pigli carrico [sic] di molti negotii di Sua Beatitudine, come V.ra Signoria vedrà per il breve che se gli manda in credenza delle mie lettere⁴⁹. E perciò essa di qui inanzi m'indrizerà gli suoi spacci.

⁴⁹ Vide supra, N. 16.

Quanto al presente negotio delle cose della religione, in tutte le difficoltà che si rappresentano Sua Beatitudine confida tanto nella benignità di Dio et nella giustitia della causa, et appresso nella bontà et dottrina di V.ra Signoria, che ne spera ogni buon essito. Tanto più che tien per fermo che V.ra Signoria si ritrovi già incaminata, per non mancar anco di diligenza.

Degli Theologi Sua Santità ha determinato di mandar' uno, et che questo sia Don Alfonso Salmerone, come essa dimanda. Et si metterà in camino il più presto che potrà, usando V.ra Signoria ogni diligenza d'arrivar' in tempo⁵⁰.

[*Notum facit pridie huius diei se misisse ei 3 brevia in negotio nuntii Dolfin, nunc vero adiungere exemplar brevis ad regem Ferdinandum dati*]. L'ispeditione di Polonia è fatta, ma non si manda a V.ra Signoria, perché il Rev.mo Protettore⁵¹ et il Rev.mo Puteo n'hanno prima a dir una parola a Sua Santità⁵².

Le raccomandationi di V.ra Signoria per il Sarto di Bologna hanno operato [233v] sì che già s'è dato ordine alla sua confirmatione⁵³. Et non occorrendomi altro, a V.ra Signoria molto mi raccomando, et insieme la prego che sia certa che dove io havrò occasione di favorire le sue ottime qualità, sarò prontissimo a farlo. Di Roma, a XVIII di luglio 1555.

il Card. Carafa

N. 18.

Aloisius Lippomano
Ioanni Carafa, comiti Montorii

Oeniponte, 22 VII 1555.

Nuntiat se, 14 VII Verona festinanter profectum, Oenipontem venisse; iter autem adeo molestum et incommodis plenum habuisse, ut in morbum etiam in eo incideret. Sperat se die Veneris proximo (26 VII) Augustam esse perventurum.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 227r-v.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 112-113.

⁵⁰ Ad necessitates huius missionis Salmerón 22 VII 1555 obtinuit 60 aurea scutata, cfr. Roma, AS, Camerale I, Depositeria Generale, ms. 1787 f. 82v.

⁵¹ Card. Alexander Farnese.

⁵² Cfr. supra, N. 15.

⁵³ Vide supra, N. 11.

Lettera scritta al Sig. Conte di Montorio d'Ispruch

Ill.mo et Ecc.mo Signor mio. Vedendo la sollecitudine, con la qual V.ra Signoria Ill.ma mi comanda per parte di Sua Santità che quanto più presto mi ponesse in camino, [227v] non volsi anco aspettar' il martedì, come le scrivevo, ma la domenica, che fu alli XIII, lasciando adietro tutte le mie bagaglie et una parte della mia Casa, mi posi in viaggio più ispedito che potei. Et hoggi, per la gratia di Dio, son gionto qui a pranzo. Quella ha ben da sapere che mai ho havuto il più tristo viaggio; che doppo ch'io uscii di Verona sempre son stato accompagnato dalla pioggia, con tanti fanghi et inondation d'acque che per un paro di volte si è corso pericolo della vita. Oltre che mi è sopra-gionto un dolor di fianco acerbissimo, credo per gli gran freddi, che per doi di et due notte m'ha tanto vessato ch'io ho dubitato non lasciar la vita in queste montagne. Pure la gratia di Dio s'è degnata non abandonarmi. Et spero che Venerdì⁵⁴, senza fallo, sarò in Augusta. [*Refert controversas informationes, quae de comitiis Augustanis sparguntur*]. D'Ispruch, a XXII di luglio 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

N. 19.

Card. Carolus Carafa
Aloisio Lippomano

Romae, 25 VII 1555.

Significat se per Alfonsum Salmerón, postero die ad eum proficiscentem, mittere aliquot novitates ex Polonia allatas; residua vero scripta ad nuntiatu-ram eius pertinentia eum mox accepturum esse. Mandat ei, ut interea Augustae agat, ne recessus religioni catholicae perniciosus ibi promulgetur. Nuntiat prae-terea de libertate Iudaeorum a summo pontifice in Statu Ecclesiae nonnihil cir-cumscripta, de supplicationibus ab eodem papa Romae praeceptis et de ratione emendandae Ecclesiae in consistorio constituta.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 244r-v.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 113-114.

⁵⁴ Qui a. 1555 cecidit in diem 26 Iulii.

Lettera dell'Ill.mo Card. Carafa di 25 di luglio 1555

Molto Rev.do Signor come fratello. Maestro Alfonso Salmerone parte dimattina per venir da V.ra Signoria⁵⁵ et se gli è data la copia d'alcuni avvisi che si sono havuti di Polonia, appartenenti alla Religione⁵⁶, gli quali serviranno per sua instruttione. Nostro Signore, come s'è scritto per altre, l'ha accarezzato assai, et son certo che per sua natural bontà anco viene dispostissimo a questo santo servitio et che sarà pronto a ciascuna fatica che gli sia imposta da V.ra Signoria, et non è necessario ch'io glielo raccomandandi. Il resto dell'ispeditione di V.ra Signoria per Polonia si manderà come prima si possa, che non si tarderà molto.

In questo mezo V.ra Signoria s'oprerà in Augusta a beneficio della Santa Fede Cattolica, esshortando massimamente il Ser.mo Re⁵⁷ a non consentir cosa indegna di Sua Serenità et oprar quanto si possa che la Dieta si dissolva senza recesso, benché facilmente avanti la ricevuta di questa doverà essere dissoluta⁵⁸.

Nostro Signore ha cominciato a mettere in opra la sua pia et santa intentione, dando principio a riformar questa Città et lo Stato Ecclesiastico, restringendo gli Hebrei tutti in una contrada et constringendogli a portar la berretta gialla et moderando le loro usure⁵⁹. Et questa settimana ha ordinato digiuni et supplicationi per andar dominica prossima alla Minerva a dir Messa solenne, acciò che'l Sig. Dio benedetto ispiri a Sua Santità prudenza et fortezza da poter reggere la sua afflitta Navicella in tanta tempesta, et da poter trovare concordia fra gli Principi Christiani⁶⁰. Et passati questi giorni caldi et sinistri, procederà, con l'aiuto di Nostro Signore Dio, più avanti, come V.ra Signoria sentirà che già n'ha tenuto lungo ragionamento in Consistorio⁶¹, con molta [244v] sodisfattione di tutti gli buoni. Che sia per avviso et consolatione di V.ra Signoria. Alla quale mi offero et raccomando. Di Roma, a 25 di luglio 1555.

il Card. Carafa

⁵⁵ In litteris sequentibus, 27 VII datis, quibus mandabat Lippomano, ut iubilaeum in Germania promulgaret, scripsit eundem Salmerón re vera "heri" (hieri) Roma discessisse (v. Goetz NBD I/17, p. 115).

⁵⁶ Non sunt reperti.

⁵⁷ Ferdinandus Habsburg.

⁵⁸ Comitia Imperii Augustana conclusa sunt subscriptione recessus, qui hic memoratur. Recessus iste, Pax Augustana vocatus, die 29 IX 1555 initus est, qui Lutheranis in toto Imperio aequalia cum catholicis iura concedebat.

⁵⁹ Quae omnia disponebantur bulla 14 VII 1555 promulgata, cfr. Pastor SP VI, p. 487.

⁶⁰ "A di 28 lo Papa anna [sic] alla Minerva pontificale per lo Iubileo che dette per la Pace a chi diunava", diarium Nicolai Coleino, qui deinde has celebrationes describit (vide BV, Chigi F.VI.146 f. 320v).

⁶¹ Agitur haud dubie de primo consistorio Pauli IV, 29 V 1555 celebrato, in quo pontifex maximus proposuit emendationes et correctiones, quas in Ecclesia ad effectum perducere in animum induxit, vide Pastor SP VI, p. 357, cfr. ibidem, p. 423-424.

**Aloisius Lippomano et Zacharias Dolfin
Ioanni Carafa, comiti Montorii**

Augustae Vindelicorum, 31 VII 1555.

Nuntiant de constitutionibus comitiorum Petricoviensium religioni catholicae nocivis et de Petri Pauli Vergerii apostatae in Poloniam profectio. Opportunum esse arbitrantur, ut rebus sic stantibus Lippomanus sine mora iter suum illuc ingrediatur, eo vel magis, quod consultius esse videatur, ne recessus Augustanus praesente summi pontificis mandatario promulgetur. Culpam maiorum in Polonia praesentium in duces Prussiae (Albertum) et electores Saxoniae (Augustum) et Brandenburgensem (Ioachimum II) reiciunt. Lippomanus pro theologo sibi assignato gratias agit..

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 229v-232v.

- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 118-125.

Lettera commune tra me et il Sig. Nuntio Delfino
scritta al Sig. Conte di Montorio⁶²

[Scribunt de prima audientia apud regem Ferdinandum 28 VII ipsis concessa, de disputatione super negotio religionis in Germania, de colloquiis cum participibus comitiorum Imperii et cum card. Ottone Truchsess habitis].

Circa le cose di Polonia poco ho da dire a V.ra Signoria Ill.ma, ma quel poco è tutto cattivo. Prima s'intende che la Dieta di lì è già risolta, secondo che han ottenuto le conclusioni che qui sotto si mandano alligate⁶³. Le quali sono pessime, ancorché alcuni vogliono dire che gli heretici l'hanno fatte proporre, ma che non l'hanno ottenute et siano state reiette. Altri dicono che le conclusioni sono finite [232v] et stampate qui in Augusta da questi forfanti per dar credito alle cose sue in questa Dieta. La terza cosa che s'intende è che'l quondam Vescovo Vergerio ribaldo già è ito là per mio precursore⁶⁴.

⁶² In litteris 27 VII datis Lippomanus Ioannem Carafa certiore faciebat de suo pridie "a hore XXII" Augustam adventu et de primis colloquiis cum proceribus, qui comitiis interfuerant (ed. Goetz NBD I/17, p. 116-117).

⁶³ Vide A. 2.

⁶⁴ Petrus Paulus Vergerio (1497/8-1565), nuntius apud Ferdinandum regem Romanorum a. 1533-1535, epus Iustinopolitanus (Koper, Capo d'Istria) ab a. 1536, excommunicatus a. 1549, ab a. 1553 Turingiae in aula Christophori ducis Wirtembergensis, qui re vera autumnus a. 1555 una cum Alberto duce in Prussia constituit eum in Poloniam mittere, ut missioni Lippomani adversaretur, sed profectus est non prius quam m. Iunio a. 1556, cfr. Hein, p. 222-223.

Tutte queste cose si sono dette qui, benché senza certo authore. Onde vedendo il male andar crescendo, et havendo bisogno di prestissimo remedio, perché ancora siamo a tempo, ci pare che, fatti qui alcuni pochi giorni et finiti questi officii co'l Re et altri, et anco per non trovarsi un Nuntio di Sua Santità a un recesso di Dieta, forse empio, ancorché per noi si userà ogni diligenza acciò non si faccia, io debia, come è l'ordine di Sua Santità nel breve a me diretto, partir per Polonia. Nel qual viaggio desidero esser' accompagnato dalla santa beneditione di Sua Beatitudine.

Ha da saper anco V.ra Signoria Ill.ma che buona parte del male di Polonia procede dal Gran Maestro di Prussia⁶⁵, dall'Elettor di Sassonia⁶⁶ et da quello di Brandeburgh⁶⁷. Et noi poi nel Concilio diamo licenza et sollicitamo che due Chiese di tanta importanza, la Mandeburgense et Alberstanense, si diano ad un suo figliuolo giovane che dimane si mariterà et farà le Chiese stato temporale⁶⁸, come ha fatto il prefato di Prussia. Ma Dio perdoni a chi ne fu cagione⁶⁹, ch'io per me non volsi mai haver parte in quel negotio. Et so che'l Vescovo di Verona non gli diede il suo voto.

Ringratio V.ra Eccellenza degli Theologi⁷⁰, gli quali aspetterò con sommo desiderio, perché omninamente sono necessarii. Se siamo stati lunghi a V.ra Eccellenza, ci perdoni, perché la qualità delle materie lo ricerca, per dar brevissima^{b)} informatione d'ogni cosa a V.ra Eccellenza. A cui baciamo con ogni riverenza la dignissima mano, et a Sua Santità i ss.mi piedi. D'Augusta, l'ultimo luglio 1555.

A[loyse] L[ipomano], V[escovo] di Verona
Il Vescovo Delfino

a) *In copia*: premissima(!).

⁶⁵ Albertus Hohenzollern, marchio Brandenburgensis in Ansbach, dux in Prussia, magnus Ordinis Theutonicorum magister usque ad eiusdem ordinis a. 1525 ad statum laicalem reductionem.

⁶⁶ Augustus cognomine Pius († 1586), e stirpe Wettin, elector Saxoniae ab a. 1553.

⁶⁷ Ioachimus II Hohenzollern († 1571), elector Brandenburgensis ab a. 1534.

⁶⁸ Hoc loco Lippomanus duos filios Ioachimi alterum ab altero non distinguere videtur: Fridericum (1530-1552), de quo in episcopatus Magdeburgensi et Halberstadiensi confirmando in Concilio Tridentino mense Ianuario a. 1552 disputabatur (cfr. Postina-Ehse CT VII/1, p. 461-462, 470; Freudenberger CT VII/3, p. 181 et sequ. passim) et fratrem eius natu minorem Sigismundum (1538-1566), quem post mortem Friderici († 3 X 1552) Ioachimus ad utrumque episcopatum iterum proposuit et a. 1553 confirmatione eius ad Magdeburgensem obtenta - a. 1555 assidue nitebatur, ut provisionem ad Halberstadiensem etiam adipisceretur, ab ipso rege Ferdinando hac in re adiutus (cfr. Goetz NBD I/17, p. 124). Uterque ad doctrinam Lutheranam aperte se inclinabant. Sigismundus (qui provisionem ad episcopatum Halberstadiensem assecutus est 6 VII 1556, cfr. Gulik-Eubel HC III, p. 207) reapse fuit ultimus episcopus catholicus ambarum illarum dioecesium, quae ipso vivente religionem reformatam amplexae sunt.

⁶⁹ Confirmationi Friderici favebat secundus legatus Concilii, Sebastianus Pighino, qui non solum Iulio III suasor fuit, ut negotium illud Concilio diiudicandum committeret, verum etiam - una cum card. Christophoro Madruzzo - maiorem patrum conciliarium partem adegit, ut confirmationem condicionalem sustinerent (vide Freudenberger CT VII/3, p. 181; cfr. Postina-Ehse CT VII/1, p. 461, 470).

⁷⁰ Cfr. supra, N. 15.

N. 21.

**Card. Alexander Farnese, protector Regni Poloniae
Aloisio Lippomano**

Romae, 3 VIII 1555.

Narrat, quam moleste ac dolenter tulerit nuntium de periculis, religioni catholicae in Polonia impendentibus allatum. Gaudet eum ipsum a pontifice maximo nuntium nominatum esse, ut huic malo remedium adhibere conaretur. Sperat regem (Sigismundum Augustum) et reginam matrem (Bonam) tantum malum non esse passuros. Hortatur eum, ut audacter ac libenter suscipiat molestias et incommoda cum hoc munere coniuncta.

Cop.: BV, Chigi, L III 58 f. 131v-132r.

Cop.: Torino, AS, Racc. Mongardino, ms. 126bis, s.f.

Ed.: Caro V, p. 328-330.

Al Vescovo di Verona

Con gran dispiacere di tutta questa Corte s'intese alli giorni passati che il Regno di Polonia cominciava nelle cose della Religione a sentir in qualche parte dell'infezione di Germania. Et io specialmente ne restai mal contento e confuso oltre modo, dolendome non solamente come piaga commune a tutta la Cristianità, ma come di mia propria, trovandomi già tant'anni Protettor di quella Nazione⁷¹ e servitore affezionatissimo di quel Re. Non sono più presto tornato di Francia⁷² che, prima con Marcello, santa memoria, di poi con questo Pontefice, n'ho procurato quei rimedii che per me si son potuti. Ma gli altri gravi accidenti che sono occorsi, hanno impedito che fino a qui non s'è preso alcun partito per le cose di quella Provincia.

Ora lodato sia Iddio e la provvidenza di Nostro Signore che s'è dato buon principio a provvederci. E cominciamo a consolarci et a sperarne ogni bene, poiché V.ra Signoria è quella a chi Sua Santità ha dato il carico di questa impresa. Ella sa di quanto momento sia, quanto benefitio ne sia per risultare a questa Santa Sede e quanta gloria a lei d'aver preservato un Regno così nobile e tanto opportuno alla defensione della fede nostra. Dall'altro canto io conosco la dottrina, la bontà e la pietà sua. E so che non gli bisogna altro

⁷¹ Protector regni Poloniae erat ab a. 1544, cfr. Wojtyška PP, p. 258.

⁷² Alexander Farnese Romam ex Gallia revertit (ubi ab a. 1552 eo commoratus est, ut auxilium Henrici II temptaret in bello Parmensi dicto, quam civitatem Iulius III a familia Farnesiorum auferre conabatur) 25 VII 1554, cfr. Del Vecchio, p. 85.

sprone di quello che per se stessa si proporrà: del servizio di Dio e del contento e della laude che ella ne riporterà, et anco dell'esaltatione che ne deve sperare. Tuttavolta io non posso fare di non [132r] incitarvela quanto posso, per mostrargli in parte il mio zelo verso questa Santa Sede e la particolar passione mia in questo negozio, non potendo più pensare che quella Nazione, alla quale son tanto affezionato, si debba alienare dal grembo della Santa Chiesa Romana.

Ma V.ra Signoria ci vada pure arditamente, che Dio sarà seco. E non mi posso persuadere che gli huomini siano tanto alterati che il male sia molto grave, essendo così fresco com'è, dovendosi credere che la Maestà del Re e della Regina, sua Madre⁷³, per gloria di Dio e per beneficio dell'anime e dei popoli loro, siano per interporre tutta l'autorità e tutta la potestà, che hanno, per curarlo. Con questa speranza^{a)} rimanendomi, non dirò altro, se non che mi rimetto all'ordine che Nostro Signore gli darà⁷⁴, e quanto le detterà la sua prudenza. E pregando il Signore Iddio che l'ispiri e che egli non abbandoni la sua causa propria, a lei con tutto il cuore mi offero e raccomando. Di Roma, 3 Agosto 1555.

^{a)} *Deest in ambobus copiis, suppletum ex opere typis impresso.*

N. 22.

**Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa**

Augustae Vindelicorum, 3 VIII 1555.

Nuntiat se breve pontificium accepisse sibi iniungens, ut omnia negotia simul cum eo expediri curet; nepotem Ioannis Castaldo ex Polonia venisse et rettulisse de comitiis Petricoviensibus conclusis nulla mutatione in negotio religionis facta, cum rex eiusmodi negotia inconsulto et invito papa expedire nolit, et propterea oratorem etiam suum Romam mittere decrevit. Notum facit se, cum primum omnia ad munus suum obeundum pertinentia obtinuerit, in Poloniam profecturum esse. Pro Alfonso Salmerón sibi adiuncto et commendatione postarum praefecti Sarto acceptata gratias agit. Pecuniam necessariam sibi mitti petit, nam viaticum mille scutorum sibi datum iam consumptum sit, ex episcopatu autem suo nullam pecuniam se habere posse queritur.

⁷³ Bona Sforza (1494-1557), uxor Sigismundi I, regis Poloniae, ab a. 1518.

⁷⁴ Quod significat instructionem ad usum Lippomani tunc nondum apparatam fuisse.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 234r-237v.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 125-133.

Lettera scritta al Rev.mo Card. Carafa

Rev.mo et Ill.mo Signor mio osservandissimo. Questa mattina per via della Posta del Serenissimo⁷⁵ ho ricevuto il plico di V.ra Signoria Ill.ma di XVIII del passato co'l breve credentiale di Sua Santità ch'io debba indrizzar gli negotii in mano di quella⁷⁶. Il che mi è piaciuto assai di veder V.ra Signoria Ill.ma versar in questi maneggi per molti rispetti. Indrizzerò, dunque, il tutto in man sua, sì come Sua Beatitudine m'impone.

[*Refert de negotiis in comitiis Augustanis tractatis, de scissione inter catholicos, de colloquiis suis cum mandatariis variorum episcoporum habitis, de salutatione ab epo Herbipolensi sibi facta*].

Ho parlato con un nipote del Sig. Gian Battista Castaldo⁷⁷, il quale è venuto di Polonia già XV giorni, et m'ha detto la Dieta essere risolta⁷⁸, et che gli Nobili volevano pur innovar qualche cosa nella materia della Religione, ma che'l Re si è risoluto di non voler farlo et di aspettare ciò che la Maestà Cesarea et il Ser.mo Re de' Romani⁷⁹ risolveranno in questa Dieta, per non voler essere egli il primo nel suo Regno a far queste mutationi, perché queste cose si debbono conferir prima con Sua Santità, ch'è Capo della Chiesa, et perciò haver [235v] concluso di mandar il suo gran Marescial agli piedi di Sua Beatitudine per questo negotio⁸⁰.

M'ha poi detto il viaggio essere tanto difficile, fastidioso et pieno di pericolo di peste, essendo la Sede di Cracovia amorbata, et havendo d'andar in Lituania, dove ch'è il Re⁸¹, XIII giornate lontano di lì, che m'ha dato non poco travaglio. Con tutto questo confidato nella misericordia di Dio, la qual non mi è mai mancata nelle cose difficilissime et pericolose, et nella santa intentione di Sua Beatitudine, io anderò con ogni fiducia, non dubitando punto de superar ogni difficultà. Dubitarei bene, quando s'andasse per altro conto che di Religione.

⁷⁵ Id est Serenissimi Regis Romanorum (Ferdinandi).

⁷⁶ Vide supra, N. 16 et 17.

⁷⁷ Ioannes Baptista Castaldo (1493 - post 1565), dux exercituum imperatoris Caroli V et regis Ferdinandi, annis 1551-1556 Transilvaniae adversus Turcas strenuus defensor.

⁷⁸ Comititia Petricoviensia (inchoata 22 IV 1555) absoluta sunt 15 VI 1555 (Konopczyński, p. 139).

⁷⁹ Carolus V et Ferdinandus Habsburg.

⁸⁰ Postulata nobilium, in comitiis Petricoviensibus rata et confirmata, quae spectabant ad aequalitatem iuris omnium confessionum in Polonia et convocationem concilii nationalis ad componendas controversias de religione (cfr. Frankiewicz SZA p. 266, cfr. infra A. 3 et 10), relaturus erat Romae Stanislaus Maciejowski († 1563), marescalcus aulae regiae et castellanus Sandomiriensis ab a. 1553, ad hoc munus obendum electus primis diebus Maii 1555, vide Wojtyska PP, p. 353.

⁸¹ Sigismundus Augustus Vilnae a 14 VII 1555 ad 5 I 1556 commoratus est, cfr. Gašiorowski, p. 270.

Ringratio Vostra Signoria Ill.ma della resolution fatta di mandarmi il Dottor Salmerone. L'aspetto con desiderio, et medesimamente lo spaccio per Polonia, per non tardar più et trasferir il viaggio nell'inverno, il quale anticipa molto in quelle bande.

[De consilio Iesuitas in Bohemiam inducendi, de scriptis Vergerii contra summi pontificis auctoritatem conversis, de legatione regis Ferdinandi ab imperatore Turcarum remissa, de Turcis Transilvaniam Ioanni Sigismundo Zápolya restitui postulantibus, de profectione nuntii Zachariae Dolfin retardata].

[237r] Restami di ringratiar V.ra Signoria Ill.ma della confirmatione data al Sarto di Bologna a mia raccomandatione⁸². Et so che Sua Santità sarà certo molto ben servita, perché così ha fatto sempre per il tempo passato. Et le bacio ancor la mano dell'offerta si degna farmi per sua cortesia, non havendo meritato con lei cosa alcuna.

Per hora la prego haver raccomandati questi miei peregrinaggi, nelli quali mi vanno un mondo di danari. L'Ill.mo Sig. Conte mi mandò mille ducati inanzi al mio partir di Verona⁸³. Quando le dicei a quest'hora non haverne cinquanta, non le direi bugia. Ho una Casa grandissima et di persone honorate; è bisogno anco vivere abundantemente et anco un poco splendidamente, per far honore in ogni cosa a Sua Beatitudine. Io non ho mai servito alla Sede Apostolica per cerretaneria, né per ruberia, molto meno lo devo far hora con Sua Santità, che m'è padre et signore. Il mio Vescovado non passa 4 mila scudi d'entrata⁸⁴: mille ne pago di pensione, mille ne vanno in carichi ordinarii, lemosine se ne fanno quanto Dio sa. Ho poi la fabrica del mio campanile alle spalle, la quale mi costerà XIII mila scudi, né voglio che per la mia assenza s'interrompa. Questo discorso faccio a sigurtà con V.ra Signoria Ill.ma, acciò che ella sappia ogni cosa quae circa me sunt. Et si degni far raccomandata a Sua Beatitudine la mia necessità che, havendo d'andare a gente barbarissima et in fine del mondo, non mi convenga star impegnato sopra un'hosteria, come faceva (si parva magnis conferre licet) l'Imperatore Massimiliano⁸⁵. So Sua Santità essere sapientissima, conoscere ogni cosa, et che haverà riguardo agli mei [sic] bisogni, perché al fine tutto risulta in honor di quella. [237v] Per hora non mi occorre altro, senon di cuore raccomandarmi a V.ra Signoria Ill.ma. Qual prego, si degni a mio nome bacciar gli beatissimi piedi di Sua Santità. Di Augusta, a III d'Agosto 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

⁸² Cfr. supra, N. 17.

⁸³ Cfr. supra, N. 5.

⁸⁴ In computis Camerae Apostolicae reditus episcopatus Veronensis aestimabantur 3 milibus florenorum, vide Gulik-Eubel HC III, p. 331.

⁸⁵ Udenam Lippomanus hanc notitiam hauserit, invenire non potui.

N. 23.

Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa

Augustae Vindelicorum, 8 VIII 1555.

Nuntiat se litteras eius, 3 VII datas, per cursorem suum proprium Tridentum misisse cum mandato, ut illinc Bononiam et deinde Romam transmittentur. Refert de comitorum Augustanorum processu et de necessitate Ecclesiae in Germania reformandae. Scribit de difficili condicione rerum Hungaricarum et regis Ferdinandi. [240r] A me pare che hormai non resti altro, vedendo questa Maestà così ben fondata et disposta, ch'andarmene al mio viaggio in Polonia prima che gli tempi comincino a pesare. Pure non havendo lo spaccio di Sua Santità, né l'instruzione di quel che s'habbia a fare, starò aspettando suo nuovo commandamento et ordine, qual però credo sarà qui presto [...] ⁸⁶.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 237v-240v.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 133-138.

N. 24.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 14 VIII 1555.

Iubet ei, ut iter in Poloniam quam primum ingrediatur.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 122v.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 150r.

- **Ed.:** Goetz NBD I/17, p. 141-142.

Ven.li Fratri Aloisio, Epo Veronensi,
 nostro et Sedis Apostolicae ad Ser.mum Regem Poloniae Nuntio^{a)}
 PAULUS PAPA III

Ven.lis Frater, salutem *etc.* Prius Dietae istius exitum a Fraternitate tua expectandum esse censebamus, postea in Poloniam eundum, sed quando et

⁸⁶ Etiam in litteris ad nuntium apud Carolum V Bruxellis, Hieronymum Muzzarelli, 9 VIII 1555 datis scribebat: "Io restarò qui finché mi viene lo spaccio per Polonia, dove Sua Santità mi manda" (Goetz NBD I/17, p. 139).

isthic et in Regno illo ita se res habent, ut scribis⁸⁷, simulatque has litteras perlegeris, Rege isto Ser.mo⁸⁸ in primis salutato, ad illum te conferes et cum eius Serenitate et cum caeteris in earum litterarum sententiam loqueris nostro nomine, quas ad eos scripsimus, et quarum exempla ad Te mitti curavimus⁸⁹. Caetera pro rerum ipsarum statu tractabis, deque omnibus in dies diligentissime nos certiores facies. Quamquam enim paulo fortasse tardius, quam necesse fuit, opus non nisi difficile et arduum aggredieris, Tua tamen prudentia, fide, pietate, Divina adiuvente clementia, ex impiis adversariorum conatibus desideratam victoriam Te reportaturum spe certa in Domino confidimus. Tua igitur Fraternitas quanto maturius poterit illuc properabit. Quam, una cum universo ipsius comitatu et familia, Omnipotens Deus: Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, ubique semper custodiat atque benedicat. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo^{b)}.

a) *Correctum ex:Nuntium*

b) *In copia Septimancensi (ex originali) sequitur subscriptio secretarii Francisci Bini.*

N. 25.

Instructio privata a cardinalibus Alexandro Farnese et Iacobo Puteo Aloisio Lippomano data

[Romae, 14 VIII 1555].

Mandant ei, ut comites dignos, non lucri et pecuniae cupidos, sibi asciscat et theologos bonos adiungi faciat, qui idonei sint cum novae doctrinae addictis de religione disputare eorumque confutare argumenta. Suadent, ut erga omnes se benignum exhibeat, eos libenter hospitio excipiat eorumque conviviis intersit atque ab eis de omnibus diligenter edoceri nitatur; apud regem instet, ut catholici concionatores instituantur et librorum Lutheranorum divulgatio prohibeatur; animum advertat ad nobiles, qui non tam propter religionem in haereticorum doctrinam se inclinant, quam ut bona Ecclesiae occupare queant. Indicant eos, qui ei hac in parte adiutorio esse possint.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 150v-151v.
- **Ed.:** Goetz NLP, p. 346-348.

⁸⁷ Cfr. supra, N. 20.

⁸⁸ Ferdinando.

⁸⁹ Vide infra, N. 26-30.

Instruzione per il Vescovo di Verona per Polonia⁹⁰

Essendo V.ra Signoria quella persona di dottrina et bontà, in cui hoggi la Sede Apostolica confida molto, non accade che per li costumi et portamenti suoi le si diano ricordi o precetti alcuni. Solamente se le dice ch'essendo nato il principio delle moderne heresie dalla cupidità et avaritia degli ministri della Sede Apostolica, che s'han pigliato sigurtà di vendere ogni concessione et gratia che si dovea donar gratis, et questo molte volte è causato per l'avaritia più di servitori et fameglia degli Nuntii et Officiali Apostolici che da loro istessi, V.ra Signoria sia vigilante in questa prima parte di condur seco huomini timorati di Dio, alieni d'ogni cupidità, perché questa prima strada è aperta hoggi a tutti gli Tramontani per serrar la bocca a gli Cattolici di mala vita. Onde quelle gratie che havrà V.ra Signoria da ispedire, se ingegnerà che siano veramente gratie, frenando le mani della sua fameglia.

Di più, essendo necessario che per tirar alla Cattolica Religione quel Regno si vengano a discutere molte controverse oppenioni [sic] fra noi et gli medemi heretici, V.ra Signoria farà provisione di doi Theologi, Scolastici essercitati, per confutar la vanità de' medemi et stabilir con efficaci argomenti et ragioni la Cattolica verità. Nel che s'haverà sempre da fuggire il pericolo di combattere in contraddittorio generale, come pare che sia animo del Ser.mo Re, il quale ha giudicato essere necessario di congregare nel suo Regno un Sinodo, nel quale si determinino le controversie fra le parti⁹¹. Questo bisognerà con ogni arte prolungare et venir sbattendo alla giornata questo et quel particolare heretico et sua oppenione, et massimamente intorno a gli sacramenti in loro amministrazione⁹², riserbando sempre per ultimo il [151r] pericolo della concertatione, la qual sarà sempre dubiosa fra gente già infetta et depravata, et dove di miglior conditione saria tenuto chi più valente gridasse.

Sopra tutto si deve usare, et in volto et in parola et in fatti, benignità et grata accoglienza ad ognuno, descendendo alle volte a piacevolzze allegre, conviti et altri segni dimostrativi di natura facile et clemente, fuggendo il nome di austero et ascondendo la severità in ogni cosa, supplendo più tosto con la compassione, dolendosi della fraudolente corruttela degli heretici, i quali malissimamente gli hanno indotti a discostarsi dalla Chiesa Cattolica.

Et perché il seme buono moltiplica il frutto buono, et così per contrario fa il cattivo non più aumento, per l'inclinatione maggiore che ha l'huomo carnale al male, però s'havrà da provvedere, negoziando co'l Re, che tanto in pubbliche università, città et luoghi, come nelli conventi, capitoli et parrocchie, siano deputati predicatori, lettori et maestri Cattolici, dato il peso agli ordina-

⁹⁰ In copiaro Septimancensi (ex originalibus confecto) instructio haec sequitur immediate post breve Lippomano die 14 VIII dato, cui - ut patet ex litteris posterioribus - adiuncta erat (cfr. infra, N. 36).

⁹¹ Ratione postulorum nobilitatis in comitiis Petricoviensibus propositorum, cfr. supra, notam 79.

⁹² Auctor confessionis fidei Petricoviensis, in spiritu religionis reformatae conscriptae, fuit Stanislaus Lutomirski (v. Finkel, p. 267-269), cfr. textum, de quo hic sermo est, in A. 2.

rii de luoghi di eleggere le persone idonee. Il medemo si faccia circa gli sacerdoti che tengono cura d'anime et di tutti gli confessori; che si levi il libero commercio di portar libri Lutherani di Germania et di venderli nel Regno; et che si preveda che non si possa stampar cosa alcuna senza licenza, deputando a ciò Theologi Cattolici che veggano il tutto prima; et che gli libri, che in sin'adesso vi sono stati portati et stampati, che si proibiscano, di modo che si levino di mano al popolo che non gli legga, et siano di qualsivoglia lingua o facoltà.

L'importanza et momento del tutto consiste in uno o pochi di questi Signori temporali, i quali forse con [151v] qualche disegno fomentano l'heresie. Contra gli quali se l'auttorità del Re, congionatmente con la Sede Apostolica et suoi Ordinarii, procedesse, saria facil cosa che la plebe minuta si ritirasse all'antica religione in poco tempo, massimamente vedendo gli errori manifesti loro et gli disegni di Signori essere per occupare gli beni ecclesiastici et vivere licentiosamente, facendo quel che piace alla carne.

Nel Regno potranno giovar molto a V.ra Signoria: l'Arcivescovo Gnernense⁹³, il Vescovo di Cracovia⁹⁴, Varmiense⁹⁵ et Presliense⁹⁶, il Cancellier Giovanni Ocesri⁹⁷ con messer Adamo Conarsri, il quale è stato qui a fare gli negotii del Regno alcuni anni⁹⁸. Tutti questi potranno giovar assai a V.ra Signoria et darle lume et notitia, non solo delle cose del Regno, ma ancora con che modo sarà meglio di negoziarle co'l Re et con gli altri Signori. Etc.

N. 26.

**Litterae credentiales
Pauli IV, pontificis maximi
pro Aloisio Lippomano
Sigismundo Augusto, regi Poloniae, datae**

Romae, 14 VIII 1555.

Consciis periculorum, religioni catholicae ex doctrina Lutherana impendentium, consilium a Iulio III et Marcello II olim initum continuare vult et Aloisium Lippomano nuntium suum in Poloniam mittit. Hortatur eum, ut per-

⁹³ Nicolaus Dzierzowski (1490-1559), aepus Gnesnensis ab a. 1546.

⁹⁴ Andreas Zebrzydowski (1496-1560), epus Cracoviensis ab a. 1551.

⁹⁵ Stanislaus Hosius (1504-1579), epus Varmiensis ab a. 1551, postea S.R.E. cardinalis (ab a. 1561).

⁹⁶ Ioannes Dziaduski (1496-1559), epus Premisliensis ab a. 1545.

⁹⁷ Ioannes Ocieski (1501-1563), cancellarius regni Poloniae ab a. 1552.

⁹⁸ Adamus Konarski (1526-1574), secretarius regius ab a. 1548, agens regis Poloniae Romae a. 1552-1555, rediit in patriam mense Aprili 1555 (cfr. Wojtyška PP, p. 376-378). Postea epus Posnaniensis (ab a. 1562).

niciosos novatorum conatus reprimat, antequam plus roboris et firmitatis assumant. Novum nuntium commendat.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 113v-114r. Ibidem (f. 114r-v) breve commendatitium ad reginam Catharinam eodem die datum.

- **Ed.:** Raynaldus XIV, p. 573.

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 580-581.

Cop. coeava: Warszawa, AGAD, Lib.Legat. 16 f. 148v-149v.

Cop. coeava: Kraków, BJ, ms. 175 I, p. 162-164.

Char.mo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto, Regi Poloniae Illustri

PAULUS PAPA IIII

Char.me in Christo fili noster. Salutem et apostolicam benedictionem. Ex pluribus et gravissimis, quibus afficimur, curis, haec nos praecipue sollicitat, ut nobilissimum istud Regnum tuum, quod pravorum hominum et depravare alios ac corrumpere cupientium opera humani generis hostis, ut intelleximus, perturbare et haeresum labe polluere ac contaminare coepit, in catholica religione et fide, Ecclesiaeque unitate contineamus, quando ei malo nec Iulius, nec Marcellus, felicitis memoriae Pontifices, quibus, ut divinae voluntati placitum est, nos successimus, morte praeventi, ea, quae cogitaverant, remedia adhibere potuerunt⁹⁹.

Itaque Ven.lem Fratrem Aloisium, Episcopum Veronensem, virum integerrimum et rerum usu doctrinaque praestantem, unacum aliquot maxime piis et doctis hominibus, nostrum et Sedis Apostolicae Nuntium istuc misimus, cupientes animarum saluti simul et Regni tui, quod non minore in periculo versatur, paci, quieti, stabilitatique, pro nostro pastoralis officio et pro paterno in Serenitatem tuam amore, consulere; nullum [114r] praeterea officium remediumque omissuri, quod prodesse vobis posse cognoverimus.

Et si autem non sine maximo dolore nostro malum non parum auctum^{a)} et corroboratum esse intelleximus, tamen nostram in primis spem et fiduciam in summa Dei misericordia ponimus, deinde tuae, Char.me fili noster, pietati prudentiaeque confidimus. Qui enim ex piissimis ortus parentibus, in catholicae fidei et religionis cultu et matris Ecclesiae sinu educatus sis, non dubitamus quin non modo in ea fide, in qua baptisatus es, quamque et a maioribus tuis accepisti et ad huc retinuisti, sis mansurus, verum etiam omnem operam daturus^{b)}, ut sparsa istic ab inimico zizania extirpentur¹⁰⁰, religioque in pristinum statum restituatur, etiam si ex haeresibus et religionis ipsius

⁹⁹ Vide supra, N. 1, 9 et A. 5, 7.

¹⁰⁰ Cfr. Matth. 13, 25-30.

perturbatione nullum ad te et Regnum tuum incommodum esset perventurum. Cum vero ipso rerum usu et recentibus exemplis intellectum sit, quot calamitates, quot tumultus, quantam rerum omnium civilium confusionem Principibus et Nationibus afferat religionis et divini cultus perturbatio, ipsa quoque Regni tui salutis et publicae pacis ac tranquillitatis ratio cogit huic pesti, dum recens est, mederi et adversariorum adeo perniciosos conatus, antequam plus roboris et firmitatis assumant, reprimere. Omne enim malum in ortu ipso facile extinguitur, inveteratum vero et confirmatum difficillime tollitur.

Sed cum nec confirmatione nostra pietatem tuam egere arbitremur, nec hortatione prudentiam, nec desint tibi qui fidelia et recta consilia dare possint, illud abs te petimus, ut ipsum Nuntium nostrum, qui cum pro Dei honore, tum etiam pro tua laude et Regni tui salute tam longum iter et tot labores suscipere minime recusavit, ita excipias et tractes, ut te pro tua et maiorum tuorum erga Sanctam hanc Sedem observantia, nostroque in te paterno animo facturum confidimus, eique, et viro optimo et Serenitatis tuae studiosissimo, ut nobis ipsis fidem habeas. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

a) *In ms.*: actum

b) *In ms.*: daturum

N. 27.

Paulus IV, pontifex maximus
Bonae, reginae Poloniae viduae

Romae, 14 VIII 1555.

Aloisium Lippomano, nuntium suum in Polonia, commendat et hortatur eam, ut una cum rege filio catholicam religionem protegat ac defendat.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 114v-115r.

- **Ed.:** Raynaldus XIV, p. 573-574.

Cop. coeva: Warszawa, AGAD, Lib.Legat. 16 f. 151r-v.

Char.mae in Christo filiae nostrae Bonae, Reginae Poloniae Viduae Illustri

PAULUS PAPA IIII

Char.ma in Christo filia nostra. Salutem et apostolicam benedictionem. Plurimas quidem et gravissimas curas sustinemus huius nostri Pontificatus initio, cuius onus divinae voluntati visum est nobis imponere, verum nulla nos vehementius angit^{a)} sollicitudo, quam ut labanti in isto Regno ob exortas ibi haereses religioni opitulemur. Quod malum cum non parum auctum esse ad nos allatum sit, cupientes illi pro nostri muneri[s] officio mederi, mittimus istuc nostrum [115r] et Apostolicae Sedis Nuntium, Ven.lem Fratrem Epum Veronensem, virum ob eximiam pietatem, doctrinam atque prudentiam multis in rebus spectatam nobis probatissimum, nec vero ullum aliud, quod praestare possimus, officium a nobis desiderari patiemur^{b)}. Cum enim omnibus Christianae Reipublicae membris nostrum pastorale officium praestare conamur, tum nihil maiori curae nobis est hoc tempore, quam tot animarum saluti simul et Regni tam nobilis paci quietique consulere. Cuius rei magnam in primis spem in ipsius Dei misericordiam repositam habemus, deinde in tua et Ser.mi Regis, filii tui, pietate et prudentia, minime dubitantes, quin Serenitates V.rae, quod catholicorum munus est Principum, tali tempore fidem religionemque catholicam forti et constanti animo defensurae sint contra miserorum quorundam hominum conatus, nec pluris Regnum ipsum quam Dei gloriam et animarum suarum salutem sint aestimaturae. Ad quam quidem adhibendam constantiam, si non coelestis vos Regni cupiditas incitaret, at ipsius temporalis Regni amor hortari deberet. Nihil enim tam perniciosum regnis, neque tam pestiferum esse quam haereses et schismata, declarant Germaniae, finitimae vobis provinciae, plurimae et maximae calamitates, in quas propter suam ab Ecclesia catholica et hac Sancta Sede alienationem incidit.

Sed cum huiusmodi adhortatione Maiestatis tuae pietas non egeat, illud ab ea petimus, ut ipsum Nuntium nostrum eo quo decet honore excipiat et plenam ei fidem, perinde ut haberet nobis ipsis, habeat, piaque et salutaria ipsius consilia, quantum poterit, adiuvet, ac sibi persuadeat hoc illud tempus esse, quo maxime animae suae salutem et aeternae vitae proemium potest comparare. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

a) *In ms.*: augeat

b) *In ms.*: potiemur

N. 28.

Paulus IV, pontifex maximus episcopis et praelatis regni Poloniae

Romae, 14 VIII 1555.

Nuntiat se, memorem conatum iam a Iulio III et Marcello II susceptorum, ut nuntius apostolicus in Poloniam mitteretur, qui divulgandae illic et in dies

augendae haeresi obsisteret, ad hoc munus obeundum destinasse epum Veronensem (Lippomano), hortaturque eos, ut ipsum in hoc arduo perficiendo opere adiuuare conentur.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 115r-116v. Ibidem brevia separata eodem die data ad aepum Gnesnensem Nicolaum Dzierzgowski (f. 116v-117r, ed. Theiner VMPL II, p. 581-582) et epos: Andream Zebrzydowski Cracoviensem (f. 117r-v), Ioannem Dziaduski Premisliensem (f. 117v-118r), Andream Czarnkowski Posnaniensem (f. 118r-119r, ed. Ehrenberg UA, p. 71-72) et eodem exemplo ad Andream Noskowski Plocensem (cfr. f. 119r), Paulum Algimunt Holszański Vilmensem (119r-v) et eodem exemplo ad Valerianum Protasewicz Luceoriensem, Venceslaum Wierzbicki Mednicensem ac Ioannem Andruszewicz Kioviensem (cfr. f. 119v), Ioannem Drohojowski Vladislaviensem (f. 123r-v) et eodem exemplo ad Leonardum Słończewski Camenecensem, Iacobum Uchański Chelmensem (ed. Wierzbowski U, I, p. 23-25), Ioannem Lubodzieski Culmensem necnon ad Felicem Ligęza aepum Leopoliensem (cfr. f. 123v) et Stanislaum Hosium epum Varmiensem (f. 123v-124r).

- **Ed.:** Raynaldus XIV, p. 574.

Venerabilibus Fratribus Nicolao Archiepiscopo Gnesnensi, Primati,
et aliis Archiepiscopis, Episcopis et Praelatis Regni Poloniae

PAULUS PAPA III

Ven.les fratres, salutem *etc.* Non multo antea quam felicitis memoriae Iulius III, Pontifex [115v] Maximus, ex humanis excessit, audiveramus ab eo, quo tunc in metu Rex vester ser.mus et vos omnes essetis, ne Regnum vestrum nobilissimum et usque in illum diem immaculatum haereticae pravitate labe inficeretur, seque propterea isthuc Nuntium esse missurum, qui antequam morbus invalesceret, remedia necessaria posset adhibere¹⁰¹. Postea, cum ad novi Pontificis electionem conventuri essemus¹⁰², non sine gravi nostrum omnium molestia ex literis nonnullorum cognovimus haeresim ipsam iam inter aliquos ex vestris ita irrepere ac caeteros omnes sic perturbare coepisse, ut nulla spes apud vos, praeterquam in Deo ipso atque in hac Sancta Sede, relicta esse videretur. Quamobrem felicitis item memoriae Marcellus Secundus, in demortui locum suffectus, iam omnia procurari mandaverat, ut Nuntius ipse mitteretur, sed morte illius subsequuta, nihil usque in hunc diem fieri potuit¹⁰³.

¹⁰¹ Cfr. supra, N. 1.

¹⁰² Conclave post mortem Iulii III († 23 III 1555), inceptum die 5 IV 1555.

¹⁰³ Marcellus II (Cervini), electus est summus pontifex die 9 IV 1555, extremum diem obiit 30 IV eiusdem anni. De consilio eiusdem pontificis Lippomanum, "iam pridem designatum", in Poloniam mit-

Nunc, cum Divina voluntas, cuius nobis non datur nosse iudicium, personam nostram potissimum, reliquis fortasse multo inferiorem, ad hoc onus perferendum ei substituerit¹⁰⁴, inter alia Christianae Reipublicae incommoda veraque religionis pericula, vestri nobis in primis in mentem venit, ac ne quid spei illius, quam merito in Romano Pontifice Sedeque Apostolica collocastis, quantum in nobis fuerit, fallatur, ad Char.mum in Christo filium nostrum Regem vestrum et ad vos eum Nuntium mittimus, videlicet Ven.lem Fratrem Aloisium Epum Veronensem, vobis, ut putamus, non ignotum, eosque homines cum eo, qui, ut in Domino confidimus, et doctrina et pietate et huiusmodi pro Christi certaminibus maximo vobis adiumento erunt. Ac si forte non ita profuerint hi, nihil intentatum praeterea relinquemus, quo non minus Regno vestro et omnibus vobis consulatur, quam caeteris Regnis atque orbi christiano universo consuli optamus. Postquam enim est ea Dei voluntas, ut haec a nobis cura suscepta sit, par est et a nobis debitum, ut ei dies noctesque morem geramus, nihilque prius cogitemus, quam ut et religio et pax, quas Dominus noster Iesus Christus usque adeo nobis commendatas reliquit, tam diu apud omnes procurentur, ut aliquando tandem utraque perfrui possimus.

Interim Fraternitates V.rae, pro suo erga nos et Sedem hanc Sanctam studio, bonitatem Divinam praecabuntur, ut huic nostro desiderio et adesse Ipsa et Principum Christianorum ac bonorum omnium ea consilia et vires velit [116r] adiungere, quibus ad gloriam suae Maiestatis ac suorum fidelium salutem ei possit satisfieri. Quodque ad res vestras attinet, ita nostram et quorumvis opem expectabunt, ut nec sui officii, nec suae virtutis unquam obliviscantur, dum eos in rectam semitam reducant, qui ab ea tam misere ac perditae aberrant. Nos vero vos eo semper paterni animi affectu, et in communi et privatim, amplexuri sumus, quem vestra religio et virtus, perpetuaque in eandem Sedem fides atque observantia, merito exposcit. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

N. 29.

Paulus IV, pontifex maximus senatoribus saecularibus regni Poloniae

Romae, 14 VIII 1555.

Mutatis mutandis describit, similiter ac in N. 28, conatus iam pridem susceptos, ut Aloisius Lippomano nuntius in Poloniam mitteretur, ipsum com-

tendi scribebat viceprotector Puteo ad epum Cracoviensem, Andream Zebrzydowski, 27 IV 1555, vide Latini I, p. 42; Wisłocki, p. 535.

¹⁰⁴ Paulus IV electus est summus pontifex die 23 V 1555.

mendat et rogat: quantum in vobis erit cunctis in rebus Nuntio nostro opem ferre, ut tandem a catholica fide aberrantes, adhibita omni diligentia, coniunctisque bonorum animis viribusque, ad veritatis lumen revocentur.

Reg.: AV, Arm. 44, mas. 4 f. 116r-v.

- **Ed.:** Ehrenberg UA, p. 69-70.

Cop.: Kórnik, BPAN, ms. 245 f. 85r-v.

N. 30.

**Paulus IV, pontifex maximus
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi**

Romae, 14 VIII 1555.

Nuntiat se, pro suo pastoralis officio, cognito statu regni Poloniae, malo illic in dies crescenti et animarum salutis serio comminanti occurrere velle et propterea nuntium suum (Aloisium Lippomano) illuc mittere. Rogat, ut eundem nuntium in catholica religione defendenda adiuvet.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 120v-121r. Ibidem Gregorio Ościk castellano Vilnensi (f. 120r) et eodem exemplo Nicolao Radziwiłł palatino Trocensi (cfr. f. 120r), Ioanni Tarnowski castellano Cracoviensi (f. 121r-v) et eodem exemplo Stanisłao Tęczyński palatino Cracoviensi ac Ioanni Ocieski supremo regni cancellario (cfr. f. 121v).

Dilecto filio nobili viro Nicolao Radivilo, Palatino Vilnensi

PAULUS PAPA IIII

Dilecte fili, Nobilis Vir, salutem *etc.* Cum Deo altissimo placuerit, cuius iudicia abyssus multa¹⁰⁵, nos sui gregis custodiendi et regendi solitudinem sustinere, simusque Ei nostrarum actionum rationem reddituri¹⁰⁶, omni cura atque ope niti debemus, ut commissarum nobis ovium salutis consulamus. Quamobrem, cognito istius Regni statu, maximoque dolore affecti, quod haeresum pestis, quae illuc iam ante pervaserat, serpere latius ac divulgari ad perniciem animarum coeperit, cupientes pro nostro pastoralis officio huic ma-

¹⁰⁵ Ps 35, 7.

¹⁰⁶ Hebr. 13, 17.

lo, antequam augeat amplius et corroboretur, occurrere, mittimus istuc Ven. lem Fratrem Aloisium Epum Veronensem, nostrum et Apostolicae Sedis Nuntium, virum, praeter religionem et pietatem, magna sacrarum literarum scientia ornatum, magnoque rerum usu et prudentia praeditum. In quo eligendo non solum iudicium ipsi nostrum secuti sumus, verum etiam duorum felicitis memoriae Praedecessorum nostrorum, Iulii III et Marcelli II, quorum uterque cum hoc ipsum, quod nos hoc tempore, agere meditatus fuisset, ad hoc obeundum munus eum misisset, nisi importuna mors pium ipsorum consilium interrupisset.

Is etsi nostrum omnibus vobis animi sensum et paternam voluntatem exponet, tamen his literis putavimus breviter te, Fili Dilecte, pro nostro in te studio hortandum nobis esse, ut Nuntii ipsius nostri consiliorum et actionum omnium, quae ad Omnipotentis Dei honorem, ad animarum salutem, ad patriae tuae quietem, pacem et tranquillitatem pertinebunt, fautor, ut debes, adiutorque sis, et pro tua virili parte des operam et enitare, consideratis tecum Germaniae rerum eventibus, ut tantum malum, quo^{a)} nullum nec^{b)} perniciosius animabus, nec rebus cum privatis tum publicis esse potest calamitosius, dum recens est, sanetur et ii, qui ab haereticis decepti et^{c)} seducti a catholica fide oberrare coeperunt, ad antiquae et verae religionis cultum et unitate[m] Ecclesiae catholicae, extra quam salvi esse non possunt, revertantur. Eam habes Dei honori inserviendi, eamque de patria tua benemerendi occasionem, qua nulla sane, nec ad animae tuae salutem, nec ad nominis laudem opportunior tibi dari potest. [121r] Quam quidem te et amplecti cupimus, et pro tua prudentia etiam amplexurum esse speramus. Sed haec plenius tibi ipse noster Nuntius exponet, cui fidem ut perinde ac nobis ipsis habeat Nobilitas tua, maxime expetimus. Datum Romae etc., die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

a) In mas.: quae

c) Sequitur repetitum: et

b) Sequitur correctum et deinde expunctum: pernitio

N. 31

Paulus IV, pontifex maximus
Adamo Konarski, regio secretario

Romae, 14 VIII 1555.

Significat se ex card. Iacobo Puteo cognovisse eum strenuum Ecclesiae esse defensorem; propterea nuntium suum, Aloisium Lippomano, ei commendat et rogat, ut conatus ipsius ad servandam catholicam religionem suscipiendos adiuvet ac sustineat.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 121v-122r.

Dilecto filio Adamo Narski [sic],
char.mi in Christo filii nostri Sigismundi Augusti, Poloniae Regis Illustris,
Secretario

PAULUS PAPA IIII

Dilecte fili, salutem *etc.* Cum pro nostro pastoralis officii munere et paterna erga Char.mum in Christo filium nostrum, Regem vestrum Ser.mum, voluntate obviam ire haereticae pravitatis pesti, quam apud vos latius serpere coepisse non sine magno dolore cognovimus, [122r] et animarum saluti simul atque istius nobilissimi Regni paci stabilitatique consulere cupiamus, misimus ad eius Serenitatem nostrum et Sedis Apostolicae Nuntium, Ven.lem Fratrem Aloisium Epum Veronensem, virum ob eximiam pietatem praestantemque doctrinam et rerum usum atque prudentiam ei muneri aptissimum.

Praeter alios autem, ad quos scripsimus, quos optimorum eius consiliorum fautores et adiutores fore confisi sumus et esse cupimus, te quoque, quem optime sentire et egregium catholicae fidei ac religionis defensorem esse ex dilecti filii Iacobi, tituli Sanctae Mariae in Via, Cardinalis Putei, testimonio cognovimus, his litteris et de praeclara ista voluntate, quemadmodum sane mereris, laudandum duximus et hortandum, ut ipsi Nuntio nostro ea praestes officia, quae ad tantum negocium gerendum visa fuerint opportuna. Quod ut virtute tua et catholicae pietatis studio dignum erit, ita nobis gratum accidet, nostramque propensam erga te augebit voluntatem, ut ex eodem Episcopo uberius intelliges. Cui omnem fidem habebis. Datum Romae *etc.*, die XIII Augusti, M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

N. 32.

**Pauli IV, pontificis maximi
breve commendaticium "in albis"
pro Aloisio Lippomano**

Romae, 14 VIII 1555.

Nuntium suum, Aloisium Lippomano, ei commendat et rogat, ut conatus ipsius, quos ad defendendam Ecclesiam suscipiet, adiuvet et sustineat.

PAULUS PAPA III

Dilecte fili, salutem *etc.* Cum ad Char.mum in Christo filium nostrum, Regem V.rum Ser.mum, et ad vos Ven.lem Fratrem Aloisium Epum Veronensem, nostrum et Sedis Apostolicae Nuntium miserimus, ut perniciosissimam istam et nunquam apud vos antea auditam haeresis labem nostro nomine vobiscum, quibus fieri poterit, et consiliis et viribus de Regno isto nobilissimo omnino depellendam curet, mandavimus ei, ut etiam cum Devotione tua nonnulla, quae ad hanc rem et ad nostram in te benivolentiam pertine[n]t, loqueretur.

Hortamur Te per viscera [122v] misericordiae Dei nostri, ut eum non modo audire diligenter velis, sed ea etiam omnia per te ipse facere et apud alios omnes procurare, quae Regni ipsius civiumque tuorum et tuae patriae salutem et tranquillitatem in Dei omnipotentis et Domini nostri Iesu Christi gloriam sint recuperatura, sicuti ex eodem Episcopo intelliges, qui ut vir est doctrina, prudentia et integritate praeditus singulari, sic a Devotione tua magnopere petimus, ut fidem illi omnem et honorem habeat. Quod erit nobis gratissimum. Datum Romae *etc.*, die XIII Augusti M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

N. 33.

**Hieronimus Muzzarelli, nuntius apud imperatorem
Aloisio Lippomano**

Bruxellis, 15 VIII 1555.

Ioannem de Ayala, mandatu imperatoris (Caroli V) gravibus in quibusdam negotiis in Poloniam proficiscentem, ei commendat.

Or.: BV, Barb.Lat. 5718 f. 19r. In f. 20v inscriptio, sigillum et alia manu: [...] da Bruscelles per Don Giovan d'Aiala. Ricevuta con lettere dell'ultimo d'Agosto [cfr. N. 39] alli XII di Settembre. Pier".

Rev.mo Monsignor mio osservandissimo.

Venendo il Sig. Don Giovanni d'Aiala verso Augusta, mandato dall'Imperatore in Polonia per cose importanti¹⁰⁷, si è mostrato meco desideroso di baciare le mani et offerirsi a V.ra Signoria Rev.ma, innamorato delle tante virtù et meriti di quella. Onde, perché egli è Cavalliero molto religioso et honorato, et perché potrà in quelle parti servirla assai nelle cose di religione, compiacendo al suo cortese desiderio, volontieri l'accompagno con questa. Et io parimente mi offero et raccomando a V.ra Signoria Rev.ma di tutto cuore et prego ogni contento. Di Bruselles, il dì XV d'Agosto M.D.LV.

Di V.ra Signoria Rev.ma

affettionatissimo servitore
l'Arcivescovo di Consa¹⁰⁸

N. 34.

Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa

Augustae Vindelicorum, 16 VIII 1555.

De litteris missis et acceptis refert. Nuntiat se cum rege Ferdinando collocutum esse de postulatis in comitiis Petricoviensibus in negotio religionis a nobilitate Polona propositis et de Sigismundi Augusti hac in re sententia.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 242r-243v.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 142-145.

Lettera scritta all'Ill.mo Card. Carafa a XVI d'Agosto 1555

Ill.mo et Rev.mo *etc.* Questa sarà sotto l'ordinario di Fiandra, il quale ha da passar di qua questa notte. Et l'ultime mie furono di X¹⁰⁹, mandate per via di Venetia sotto il mio agente costì, messer Francesco Corona, gentilhuo-

¹⁰⁷ Ioannes de Ayala iter in Poloniam ingressus est, ut regem Sigismundum Augustum adduceret, quo profectioni reginae Bonae in Italiam assentiretur (vide Cynarski STB, p. 139). Ipse Muzzarelli scribebat Romam 4 VIII 1555: "so già che sono fermate lettere per consignar a lui, nelle quali ha principalmente commissione per la Maestà della Regina Bona, che desidera d'andare in Italia al suo ducato" (ed. Goetz NBD I/17, p. 163, nota 11).

¹⁰⁸ Hieronymus Muzzarelli OP († 1561), aepus Consensis (Conza in Italia meridionali) ab a. 1553, nuntius apud imperatorem Carolum V Bruxellis a. 1554-1556.

¹⁰⁹ Epistula, de Polonia nihil continens, servatur Septimantiae, AS, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 241r-242r (ed. Goetz NBD I/17, p. 139-141).

mo Romano. Et l'ultime di V.ra Signoria Ill.ma sono state di XXVII del mese passato¹¹⁰. [*Refert de discessu nuntii Zachariae Dolfin, de brevi pontificio oratori ducis Cliviensis (Gulielmi III) porrecto, de principibus saecularibus in Germania (exceptis tribus, qui catholici manserunt) "novam religionem" amplexis, de adventu oratorum aepi Trevirensis (Ioannis von der Leyen), de instantia epi Herbipolensis (Melchioris Zobel), ut summus pontifex regem Galliae (Henricum II) adigat, ne marchionem Brandenburgensem Albertum (Alcibiadem) adiuvet*].

Volendo sapere qualche cosa certa di Polonia per poter scrivere a V.ra Signoria Rev.ma, [243v] come ella mi comanda, ne ho parlato con la Maestà del Re¹¹¹, non ritrovando meglio indrizzo di questo. La qual mi ha detto essere molti giorni che non ha nuova dal suo Ambascatore di là¹¹², ma ch'ella pensa gli avversarii della fede non haver potuto ottener dal Re cosa che desiderassero, ma ben haver proposto le conclusioni, ch'io mandai alli giorni passati a V.ra Signoria Ill.ma, conforme alla Confessione Augustana¹¹³, et il Re non haver voluto ammetterle, ma haver detto di voler mandare un messo apposta a Sua Beatitudine, et con essa lei voler consultar ogni cosa, et di suo capo non voler introdurre alcuna novità¹¹⁴. [*Significat esse rumorem regem Ferdinandum proposuisse, ut negotia religionis ad proxima comitia Imperii, Ratisbonae celebranda, disceptanda reicerentur; cui proposito tres electores saeculares vehementer obstitisse*]. Per hora non ho che dir altro a V.ra Signoria Ill.ma se non baciarle riverentemente le degnissime mani etc. D'Augusta, a XVI d'Agosto 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

N. 35.

Hieronymus Muzzarelli, nuntius apud imperatorem Aloisio Lippomano

Bruxellis, 16 VIII 1555.

Ad litteras eius respondet et nuntiat imperatorem (Carolus V) negotia in comitiis Augustanis agitata arbitrio regis Ferdinandi relinquere. [248r] Sono

¹¹⁰ Epistula, de rebus Polonicis nihil continens, servatur Septimaniae, ut supra f. 237v (ed. Goetz NBD I/17, p. 115).

¹¹¹ Ferdinandus.

¹¹² Erasmus Haidenreich. De eius missionibus in Polonia v. Pajewski, p. 129-135 et 139-147.

¹¹³ Vide A. 2. Ut patet ex nota originem illius documenti explicante (vide), scriptum hoc missum erat mediante Hieronymo Muzzarelli, nuntio apostolico Bruxellis, qui illud litteris suis 26 VII datis annexit (in litteris tamen nulla adest mentio de eiusmodi missione, vide Goetz NBD I/17, p. 294-298). Memorata hic epistula Lippomani ad Carafam non est asservata. In litteris 8 VIII datis omnis mentio de tali missione deest (cfr. supra, N. 23).

¹¹⁴ Vide supra, N. 22; cfr. A. 3.

già passati anni che ho desiderato et domandato che V.ra Signoria Rev.ma vada a soccorrere la Religione in Polonia. Sia lodato Iddio che una fiata si è risoluto. Supplicherò Christo, Nostro Signore, che doni a V.ra Signoria Rev.ma sermones ignitos et convertentes corda errantium in fide.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 247v-248r.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 145-146.

N. 36.

Card. Carolus Carafa
Aloisio Lippomano

Romae, 17 VIII 1555.

Respondet ad eius litteras, 31 VII datas, et mandat ei, ut quam primum in Poloniam proficiscatur, prius tamen regi Ferdinando comiter vale dicat eumque certiore faciat summum pontificem mox novum nuntium suum ad eum esse missurum. Mittit informationem et instructionem de rebus Polonicis, a protectoribus regni Alexandro Farnese et Iacobo Puteo conscriptas, atque brevia commendaticia. Notum facit Alfonso Salmerón 26 VII Roma discessisse.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 246r-247r.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 147-149.

Lettera dell'Ill.mo Card. Carafa di 17^a d'Agosto 1555.

Molto Rev.do etc. Hoggi ho ricevuto la lettera di V.ra Signoria dell'ultimo di luglio¹¹⁵, la qual ho letta incontente a Nostro Signore. [*Summus pontifex probat eius studia et conatus eo susceptos, ne recessus catholicis nocivus in comitiis Augustanis proferatur, mandatque ei, ut etiam in posterum in hac re diligenter adlaboret*]. [247r] Fatto quest'ufficio diligentemente co'l Re et con gli altri Cattolici, et ringratiato per parte di Sua Beatitudine quelli che vi parrà,

¹¹⁵ Cfr. supra, N. 20.

et spetialmente l'Ill.mo fratello del Card. d'Augusta¹¹⁶, Nostro Signore vuole che V.ra Signoria pigli licenza dal Re et che se ne vada in Polonia. [*Regi Ferdinando porrigere debet breve pontificium, quo explicantur rationes, cur nullus nuntius apostolicus ad eum interim destinatus sit*]. Et insieme sarà necessario che V.ra Signoria, anco nel prendere licenza o quando le parrà, mostri a Sua Serenità che il negotio di Polonia, che stringe tanto, è cagione di questo lungo inconveniente, con più dolce modo che la potrà, et che Sua Beatitudine manderà fra poco persona habile et degna.

Mando a V.ra Signoria un'informatione che gli Rev.mi Protettori, ciò è Mons. Ill.mo Farnese et Puteo, mi han data¹¹⁷, della quale V.ra Signoria si vaglia. Et oltre a questo le mando anco la sua instruttione, fatta pure dagli medemi Signori Ill.mi¹¹⁸. Et il Salmerone, che parti di qua a XXVI del passato, deve essere a quest'hora con lei per accompagnarla in Polonia. Si mandano anco brevi, come V.ra Signoria vedrà per l'inclusa lista, la qual se le manda accioché non se ne smarrisse qualche uno, gli quali V.ra Signoria potrà presentare a lor tempo¹¹⁹. Et sia contenta di spendere tutto quel thesoro nobilissimo, del qual Giesù Christo l'è stato largo, in questa pia et religiosa opera per salute di quelle misere anime, circondate dalle reti del nostro avversario, che la sua Divina misericordia sia supplicata humilissimamente di concedere gratia a V.ra Signoria, a gloria del suo Ss.mo Nome et a sodisfattione di Nostro Signore, che n'è forte ansio et sospeso. Non scrivo a Mons. Delfino, stimando che Sua Signoria sia partita. Et a V.ra Signoria mi offero etc. Di Roma, a XVII d'Agosto 1555.

Il Card. Carafa

^{a)} *In copia erronee: 27*

N. 37.

Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa

Augustae Vindelicorum, 24 VIII 1555.

Nuntiat se per Alfonsum Salmerón, qui 20 VIII illuc advenerit, litteras eius, 25 VII datas, una cum novitatibus ex Polonia allatis accepisse. Refert opinio-

¹¹⁶ Gulielmus II Truchsess a Waldburg (1518-1566), frater germanus card. Ottonis, epi Augustani, consiliarius regis Ferdinandi, tempore comitiorum Imperii res catholicorum strenue defendebat, cfr. Goetz NBD I/17, p. 122.

¹¹⁷ Haec informatio non est conservata.

¹¹⁸ Vide supra, N. 25.

¹¹⁹ Cfr. supra, N. 26-32. Elenchus non invenitur.

nem regis Ferdinandi, qui arbitratur Sigismundum Augustum nonnullis postulationibus "protestantium" nonnihil indulgere debere.

Cop.: Simancas, AS, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 244v-246r.
- Ed.: Goetz NBD I/17, p. 153-156.

Lettera scritta all'Ill.mo Card. Carafa di 24 d'Agosto 1555.

Ill.mo et Rev.mo *etc.* Per messer Don Alfonso Salmerone, ch' arrivò qui a XX, ho ricevuto la lettera di V.ra Signoria Ill.ma di XXV del passato con gli avvisi di Polonia¹²⁰, degli quali mi servirò quando (piacendo a Dio) sarò in quel Regno. Ma mi dispiace molto veder' attentarsi tante novità in quel paese. Et questa Maestà¹²¹ alli giorni passati mi disse a un certo proposito essere stato de bisogno che il Re chiuda gli occhi ad alcune cose, non già concedendole apertamente, ma lasciandole scorrere. Et questa convenienza è quella che rovina la religione, perché gli popoli pongono in uso quelle tal cose, né mai più vogliono lasciarle.

Di messer Alfonso non è che V.ra Signoria Ill.ma habia da essere sollecita, perché è mio amico vecchio et altre volte ha conversato meco, né lo tratterò altrimenti che se mi fusse fratello.

[Describit conatus ad marchionem Albertum cum reliquis electoribus Imperii reconciliandum susceptos et colloquium suum cum rege Ferdinando habitum de cogitatis comitiorum Augustanorum constitutionibus. Ostendit necessitatem emendandorum morum. Laudat concionatorem ecclesiae cathedralis Augustanae, Ioannem Fabrum].

Di Polonia non so che più dir' altro a V.ra Signoria Ill.ma se non ch'aspetto lo spaccio et l'ordine suo per potermi partire inanzi che si rompano gli tempi, rimettendomi però in tutto et per tutto alla volontà di Sua Beatitudine. Alla quale humilmente bacio gli ss.mi piedi, et a V.ra Signoria Ill.ma la degnissima mano. D'Augusta, a 24 d'Agosto 1555.

A[loyse] L[ipomano]
 V[escovo] di Verona

Et volendo pur replicar io che nell'armi tacevano le leggi et ogni buon ordine, et parebbe al mondo cosa nuova indir Concilio in tanti tumulti di guerra, Sua Maestà mi rispose: Tu m'hai inteso; questa è la mia mente, la qual significherò a Sua Beatitudine più a pieno per bocca del mio Ambasciatore, al quale do ordine che si parta di Polonia et vada a prestar obediencia a Sua Santità. Soggonse doppoi: Et perché tu m'hai tocco [sic] una parola degli mei Prelati, gli quali non mandai al Concilio di Trento, voglio che tu sappi la causa: Voi aprite il Concilio in Calende di Maggio et fate una sessione, nella quale dite non voler far altro fin'al mese di Settembre²³¹, et in questo mezo si muove la guerra et mandasi il campo alla Mirandola, a Parma et in Fiandra ancora, si mandano fuori esserciti²³²; poi nel vostro Concilio non si sa come procedevate, che gli Oratori di Cesare vi menavano [162r] per il naso et vi facevano fare ciò che volevano, in tanto che il Re di Francia, nella protesta che vi fece, ardì di dire, quod ibi agebatur tantum privatum commodum²³³. Era questo Concilio libero et christiano, al qual io dovessi mandar i miei Prelati? Quando Sua Santità lo farà vero, nel quale s'habbia solamente avanti a gli occhi Dio e la salute dell'anime, ognuno vi verrà volentieri, et io et gli altri Re et Principi vi manderanno gli suoi Prelati. Io dissi a Sua Maestà che si scrivesse a Sua Beatitudine ciò che mi haveva detto, che quanto a me, non haveva per hora che offerir altro, senon il buon volere et paterna charità di Sua Santità. Et mi rispose che lo farebbe, aggiogendomi che: Sua Beatitudine m'aiuti et essaudisca, altrimenti ti prometto che questo Regno non può star così.

Doppo io diedi a Sua Maestà una informatione di XIII casi brutti seguiti in questo Regno per questi innovatori, gli quali non sono stati castigati, pregandola gli volesse considerare et rimediare. La qual hieri mandò a me il suo Cancelliero²³⁴, iscusandosi sopra di loro, perché erano attentati inanzi l'ultima Dieta, nella quale fu concluso, quod omnia essent in suspenso²³⁵, parte perché gli Vescovi sono negligenti et non vogliono urtare con la Nobilità, parte perché s'han lettere di tolleranza da Papa Giulio, come nel caso del Prete

²³¹Re vera Lippomanus cum duobus collegis suis legatis inceperunt secundam partem Concilii die 1 V 1555 a termino secundae sessionis ad diem 1 IX designatione, cfr. Jedin GKT III, p. 245.

²³²Bellum, quo Iulius III instinctu Caroli V Parmam et Mirandulam Octavio Farnese, cum Henrico II rege Galliae foedere coniuncto, demere decreverat, coeptum fuit 12 VI 1551 (cfr. Pastor SP VI, p. 90-97). Mentio autem de Flandria hic facta ad bellum Henrici II cum Carolo V mense Martio a. 1552 inchoatum referenda est (cfr. supra notam 220).

²³³Ex reclamatione Henrici II contra concilium facta, legatis 1 IX 1551 Tridenti porrecta, v. Jedin GKT III, p. 267.

²³⁴Ioannes Ocieski.

²³⁵De "Interim" Petricoviensi cfr. A. 3.

Oricovio, maritato²³⁶. Et quanto aspetta che sia fama gli suoi Cortigiani essere Lutherani, dice che gli Pollacchi sono linguacciuti et non la sparamiano ad alcuno; poi sempre s'adducono gli essempli d'altri che non castigano, come l'Imperatore, Re di Romani et altri Principi.

Questo è quanto ho da dire a V.ra Signoria Ill.ma per questo secondo [162v] congresso co'l Re, del qual si parla variamente. Chi dice: s'egli volesse, facilmente potrebbe emendar ogni cosa, ma che non vuole; chi, che il voler suo è buono, ma che ei non può. Et in questa parte tendono ancor le sue parole, le quali meco sono sempre state christiane et piene d'ogni filiale affetto verso Sua Santità, et di zelo intorno alle cose della fede, ma l'intrinseco solo Dio lo conosce.

Quel che habbia da fare Sua Beatitudine non ho da giudicare io, ben la prego in ogni resolutione che faccia, mi cavi fuori di questo Regno quanto più presto, et non mi lasci stentar più qui con la mia povera casa. Questi freddi grandissimi, molto contrarii alla mia complessione et alle mie infermità, m'amazzano. Poi gli viaggi lunghi in questa gravescente mia età mi tirano la vita a terra. Ogn'altra persona da qui inanzi sarà migliore di me, et più valentemente et prudentemente saprà servir Sua Santità.

Ho da far sapere a V.ra Signoria Ill.ma anco ch'è sempre stato costume di questo Regno di far le spese a tutti gli Nuntii di Sua Santità et ad altri Ambassatori, come al presente s'è fatto con l'Ambassador della Cesarea Maestà²³⁷ et si fa con quelli del Duca di Bransvich²³⁸. Nella mia persona solamente è tolta tal consuetudine, perché non mi è stato dato dal Palazzo pur un becchier [sic] d'acqua. Il che non dico a V.ra Signoria Rev.ma, acciò lo getti in occhio ad alcuno Agente del Re, ma acciò che ella sappia come passano le cose del mondo di qua. Perché, quanto spetta alla mia coscienza, io son molto più contento d'essere libero et poter pa[r]lar senza rispetto, ut cum Apostolo Paulo praedicans Evangelium sine sumptu, ponam illud, quo non sim ei offendiculo²³⁹. Ben dirò che molte private persone m'hanno mandato delli doni, come pelle di varie sorti et belle, vino et legna, ma io non ho voluto pigliar cosa alcuna. Et se questi Pollacchi scrivessero, o facessero [163r] dir altrimenti, sappia pur certo V.ra Signoria Ill.ma che diranno la bugia, come han detto anco molte cose nella instruttione²⁴⁰.

Di Vescovi o Arcivescovi non ho veduto alcuno fin'hora, né suoi Agenti. Di che molto mi meraviglio, perché erano sì solliciti ch'io venissi di qua, et hora non è huomo di loro che comparisca. Vi è solamente il Vescovo Chioviense²⁴¹, il qual seguita la Corte, ma di poco valore. Al quale ho dato il breve di Sua

²³⁶ Vide litteras Iulii III, quae tamen ipso Sigismundo Augusto petente (v. Szujski, p. 99), a summo pontifice circa 4 IV 1553 datae erant (AV, Arm. 39, ms. 60 f. 186v).

²³⁷ Ioannes de Ayala.

²³⁸ Vide supra notam 222.

²³⁹ 1 Cor. 9, 12.

²⁴⁰ De provisionibus videlicet nuntiis pontificiis a rege suppeditandis, cfr. supra, N. 42 (notam 202).

²⁴¹ Andruszowicz.

Santità²⁴² et fatto l'ufficio seco a bocca. Ipse respondit mihi generalia. Dal Vescovo Varmiense²⁴³, il quale è il più valent'huomo et da bene di tutti, son stato salutato per due lettere. Et io gli ho fatto conveniente risposta²⁴⁴. Il quale vedrò anco se vorrà venir qui, perché è in Prussia. Et questo solo vale più che tutti quanti gli altri.

Non lascierò anco di dire a V.ra Signoria Ill.ma che doppo il ragionamento sopradetto il Re mi disse qualmente il suo Vicecancelliero²⁴⁵, ch'egli havea mandato alla Regina Isabella, sua sorella, già moglie del Vaivoda²⁴⁶, per accordar le differenze che sono tra lei et il Ser.mo Re di Romani²⁴⁷, è ritornato et gli ha referito come ella si contenta di cedere a quella Maestà la Transilvania et le sue giurisdittioni, et che segue il parentado tra di loro con pigliar per suo figliolo una figliola del detto Re²⁴⁸, purché esso gli dia ciò che gli ha promesso in Slesia, con alcune altre particolarità ch'ella le dimanda; ma vuole che tutte queste cose si eseguiscono, et le siano consegnate prima ch'ella faccia l'istrumento della cessione; et il Re vuole tutto il contrario, cioè è ch'ella prima ceda et poi l'attenderà le promesse. All'hora dissi io: Mo', se la ricompensa che il Re di Romani dà alla Regina Isabella per la Transilvania è nella Provincia di Slesia, a lui soggetta, non potrà egli, qualunque volta ella non volesse cedere alla Transilvania, [163v] scacciarla fuori dello stato che gli vuol dare? Rispose il Re: Certo, sì che tu dici il vero, ma vedi come vanno le cose: stanno su queste frivole contese, et va a gran pericolo che il Turco non venghi di mezo et disturbi ogni cosa. Le dirò anco ch'è publica fama che questa Maestà haverà pace co'l Moscovita²⁴⁹. Ch'è quanto posso dirle di nuovo di queste bande.

Oltre di ciò saprà come hieri fui a visitar il Palatino di Vilna, quel ch'è padrone del mondo in queste bande. Il quale venne anco lui a visitarmi l'altro giorno. Et gli diedi il breve di Sua Beatitudine²⁵⁰. Egli m'ha fatto sempre buona ciera con offerte assai. Et perché sa la volontà del Re circa la fede, m'ha lodata la resolutione di Sua Maestà, dicendo che Sua Beatitudine non può

²⁴² *Servatur in reg. AV, Arm. 44, ms. 4 f. 119v.*

²⁴³ *Stanislaus Hosius.*

²⁴⁴ *Cfr. N. 49.*

²⁴⁵ *Ioannes Przeremski (ca 1519-1562), vicecancellarius regni a. 1552-1559, postea epus Chelmensis (1558-1559) et aepus Gnesnensis (ab a. 1559).*

²⁴⁶ *Isabella (1519-1559), filia Sigismundi I et Bonae natu maxima, a. 1539 Ioanni Zápolya (1487-1540), regi Hungariae, in matrimonium collocata, post eius mortem nomine filii Ioannis Sigismundi, adhuc minoris, Transilvaniam administrabat. Tunc Sanoci commorabatur.*

²⁴⁷ *Controversia versabatur in servandis a rege Ferdinando pactis inter eos 19 VII 1551 Albae Iuliae initis, quorum vigore Isabella Domui Austriacae Transilvania cedebat, filio autem eius ratione compensationis ducatus Opoliensis tradebatur, ipsa vero ducatum Munsterbergensem (Ziembice) et Franckensteinium (Ząbkowice) obtinebat (cfr. Pajewski, p. 73-74).*

²⁴⁸ *Supradicta pacta inter eos conventa statuebant etiam futurum matrimonium inter Ioannem Sigismundum, 11 annos natum, et filiam Ferdinandi Ioannam, tunc quinquennem, ineundum.*

²⁴⁹ *Re vera indutiae tum initae erant inter Lithuaniam et Moscoviam, quae usque ad 25 III 1562 servandae erant, cfr. Cynarski, p. 170.*

²⁵⁰ *Breve ad Nicolaum Radziwiłł "Nigrum", vide N. 30.*

mancare di gratificare il Re in questa parte. Ma qui m'è parso haver scoperto un'aguaito, che nelle parole del Re non ho potuto scoprire, perché dicendole io: Non so come in questi tempi, nei quali arde il mondo di guerra, si possa celebrar Concilio, né come gli Prelati ardiranno di porsi in camino, essendo le vie impedito, il Palatino mi rispose: Se Sua Santità non potrà dar il Concilio generale, dia licenza che si faccia qui un Concilio nationale, perché essendo qui la tua persona, tu potrai attendere, et al Concilio, et alla riformatione. Come io hebbi udito questo suono, gli risposi: La Signoria V.ra Ill.ma non tocchi questa corda di Concilio nationale, però che è proprio parlar degli heretici, i quali non sanno hormai dimandar altro che Concilio nationale, perché vorrebbero constringere et soffocar la fede, che è universale in un luogo particolare, et determinar le cose a suo modo, senza che vi fussero persone di diverse parti del mondo, che le possano defendere; la qual sorte di Concilio, la Maestà del Re, l'altro giorno parlando meco, [164r] come ho già toccato di sopra, si mosse da sua posta a dire che egli la riputava cosa abominevole et in tutto seditiosa. Poi dissi: Chi è in Polonia che sappia lettere sacre et che possa essere sufficiente a discutere queste materie, che sono proprie di Prelati dotti et persone che habbiano versato tutta la vita sua negli studii sacri; di più, sappiamo le pratiche di Concilii nazionali, che si fanno con moltitudine tumultuosa, con strepiti, con furori et con armi, et vogliono ottener per forza quel che non si può con ragione; poi, quanto alla riformatione, è negotio mero di Sua Santità et della Sede Apostolica, et non carrico di mie spalle, il quale ho più bisogno d'ogn'altro di essere riformato, sapendo che il Salvatore disse agli Farisei, gli quali volevano che l'adultera fusse lapidata: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem mittat²⁵¹; né V.ra Eccellenza ha da far disegno sopra la mia persona in alcuna cosa, perché io non posso star molto qui, che quest'aria mi amazza per la troppa frigidità; né posso andar molto attorno, come sarebbe di bisogno in questo Regno, per le mie corporali infirmità; mi revoca anco la mia Chiesa, sotto la cura della quale mi sono commesse 200 mila anime, che desiderano il volto del suo Pastore, né possono patir di lui lunga assenza. Come il Palatino hebbe inteso questo ragionamento, non mi replicò più parola, ma tacque.

Mi pare che da tutte le cose sopradette un buon logico potria formare con facile argomento: il Regno di Polonia ricerca necessariamente rimedio all'estinzione dell'heresie, quali il Re, come egli dice, con la sua autorità non può sopire, però bisogna dargli il Concilio generale, ma non se gli può dare il Concilio generale per gli impedimenti delle guerre, diasi^{a)} dunque quel che si può - il nationale. Et forse questo potria essere il scopo di [164v] tutti questi ragionamenti et trattamenti. Quel che sia in verità non ho ardire di giudicar io, ma^{b)} Sua Santità, ch'è prudentissima et ha in se il spirito di Dio, saprà molto ben deffinirlo.

²⁵¹ Ioan. 8, 7.

Fui parimente a visitar il Castellano Vilmense, il quale è buon Cattolico. Et havendogli dato il breve di Nostro Signore²⁵², m'ha risposto ch'egli sarà sempre prontissimo in quanto potrà a defendere et mantenere la Fede Cattolica. In somma, mostra un bonissimo volere. Altri brevi fin'hora non ho dato ad alcun altro Signore laico, di quelli a quali sono indirizzati, perché dalli già detti doi personaggi in fuori, nessun altro di presente si truova a questa Corte. Le bacio le degnissime mani, humilissimamente a lei raccomandandomi et pregando a Nostro Signore continua felicità. Di Vilna, a IX di Novembre 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

a) *In ms.*: driasi

b) *Sequitur in ms.*: si

N. 53.

Aloisius Lippomano
Nicolao Dzierzowski, aevo Gnesnensi
et episcopis Poloniae

Vilnae, 14 XI 1555.

Nuntiat se litteras archiepiscopi Varsaviae accepisse et ad eas respondisse. Miratur, quod nemo eorum congressum secum quaesiverit. Certiores eos facit regem sibi persuasum habere reformationem Ecclesiae in concilio generali peragendam esse, quod tamen interea propter bellum continuari non possit; hortatur ergo eos, ut ipsi Ecclesiam reformare et contra innovatores eam defendere conentur, etiamsi ipsorum in illos iurisdictio in novissimis regni comitiis suspensa erat.

Cop.: Warszawa, AGAD, Sucha, ms. 22/32 f. 48r-49r (p. 84-86).

Ad Rev.mum D.num Archiepiscopum Gnesnensem et Praelatos
 a Nuntio Sedis Apostolicae

Rev.me et Ill.me Domine caeterique amplissimi Patres. Ex Warsszewia per Dominationis V.rae Rev.mae Cancellarium²⁵³ ad litteras eius respondi,

²⁵² Reg. brevis ad Gregorium Ościk servatur in AV, Arm. 44, ms. 4 f. 120r.

²⁵³ Stanislaus Dąbrowski. De eius conventu cum nuntio Varsaviae habito vide A. 12.

pariterque Ss.mi D.ni Nostri Papae litteras illi directas per eundem transmissi²⁵⁴, de quibus an ad manus suas pervenissent, certior fieri summopere cupiebam. Adhuc tamen nihil intellexi. Ego, Rev.me Domine et Patres Colendissimi, vestris oratoriis litteris ad Romanos Pontifices et Sedem Apostolicam, retroactis temporibus saepissime scriptis, fidei et religionis causa huc missus sum. Accessi vero, Deus scit quam lubenti animo, tum ut Ss.mo meo Domino Paulo Papae IIII imperanti obtemperarem, tum ut iustis vestris desideriis satisfacerem; accessi, inquam, et sexagenarius et morborum fascibus oneratus, difficili hoc anni tempore, nempe hyemis initio, quod valde valetudini meae incommodum est. Desiderabam autem Dominum meum Archiepiscopum vel aliquem ex vobis, Rev.di Patres, in itinere offendere, aut saltem ex vestris aliquem, qui me aliqua ex parte de rebus Regni huius instrueret, et de iis, quae agenda essent, commonefaceret. Sed quo factum casu nescio, ut neminem penitus viderim. Venissem ego libenter ad Dominatorem V.ram Ill.mam, quae me Warszovia per Cancellarium suum evocabat, sed quid me non iniuste detineret, eidem libere significavi.

Postquam vero fui cum Ser.mo Rege, invicem pluries colloquuti sumus. Cumque ex eo quaererem, quid ei magis oportunum videretur saevienti morbo offerri posse, is pro constanti et sincero zelo, quo totus flagrat in christianam pietatem, generali Concilio, quod liberum et christianum esset, quoque omnes tuto accurrant, necnon Ecclesiae reformatione imminentibus malis obviam iri posse respondit. Quam vero in hac re christianissimus Rex et verus Sedis Apostolicae filius rationem praeter eam excogitare potuisset, quae a patribus nostris inventa est, quoties Ecclesia haeresibus conflictata fuit? Ideoque tunc super hac Maiestatis suae sententia ad Ss.mum Dominum Nostrum Papam scriptum est²⁵⁵ et eius benigna expectatur responsio.

Sed quia infirmus hic noster [est] usque ad mortem, nescio si in eum diem victurus sit, quo ea ipsa, quae intentantur, remedia adhibeantur. Iam enim Tridentinum Concilium bis apertum fuit, bis in eo res agi coepta, nullusque istorum ibi innovatorum adesse visus est. Idemque Concilium adhuc durat, pendet namque, quousque inter Caesarem et Galliarum Regem bellorum impedimenta cesserint²⁵⁶. At id nescio quomodo, cum [85] illic etiam de christianorum omnium Principum consilio a Sede Apostolica indictum sit, commode nunc alio transferri possit. Interim tamen hic quotidie animae pereunt, quotidie haereses serpunt, quotidie lupus rapit et dispergit oves Christi²⁵⁷. Ego vero quicquid possum et scio, ut offitio meo non desim, minime omitto. Sed vos etiam decet, Rev.me D.ne Archiepiscopo caeterisque Episcopi, Domini mei, cum sitis apostolici viri, apostolicam prae caeteris doctrinam tueri, quique, caelesti gratia dispensante, Apostolorum offitio suc-

²⁵⁴ Cfr. supra, N. 45.

²⁵⁵ Cfr. supra, N. 52.

²⁵⁶ Bellum illud non nisi a. 1559 confectum fuit. Cfr. ibidem.

²⁵⁷ Cfr. Ioan. 10, 12.

cessistis, fidem apostolicam praecipuo studio atque acri contentione defendere. Nam idem ille Christus, qui per Apostolos, dum viverent, peregrinanti Ecclesiae suae providit, vos ipsorum loco ad ei providendum in hoc Regno his temporibus reservavit. Unde si Ecclesia Polona, vobis commissa, [aegrotat]^{a)}, per vos curanda est, si errat revocanda, si tepet accendenda, si nutat confirmanda, si cadit relevanda, si dubitat instruenda, si aliquid necessarium ignorat, a vobis edocenda. Nam licet Ss.mus Dominus Papa, cui in Beato Petro Apostolo, Principe Apostolorum, tota Ecclesia commissa est, mea ipsius opera offitio suo non desit, nihilominus nec vos, inclyti Patres, qui in partem sollicitudinis eius vocati estis, muneri vestro ulla in re deesse debetis.

Hoc ut ita scribam in causa est, quod multi hinc tragoediam hanc totam in caput vestrum reicere conantur, quod negotia negligitis, quod res fidei non curatis, quod offitia vestra exercere praetermittitis²⁵⁸. Quibus ego, qui causam vestram egregie (ut debueram) suscepi, recte, ut arbitror, respondere soleo: Vineam illam, quae vobis a Deo, non ab hominibus data est, iurisd[ic]tionem praeteritis Comitibus, quod ullo iure fieri non potuit, suspensam, ne dicam ablatam fuisse, ideoque nil contra haereticos nunc posse; et si quid innovetur, per vos emendari non licere²⁵⁹. At meis hi rationibus non acquiescunt, dicentes: saltem deferrent ad Regem novatores, saltem curarent, qui in suis Dioecesibus sunt, falsos concionatores, quod facile possunt, expellere; aliaque id genus sexcenta. Propterea rogatam esse velim Dominationem V.ram Rev.mam caeterosque Amplissimos Patres, huius nobilissimi Regni Praelatos, ut si ipsi huc venire iustis de causis nolunt, saltem aliquem ex suis, huiusmodi de rebus satis instructum; et si hoc etiam facere nequeant, ut literas suas, quae de omnibus quae agenda sunt, quaeque obtrectatoribus respondenda sint, erudiant, mittere dignentur, et si [86] quid cum Regia Maestate pro fide Catholica, pro Ecclesiarum libertate interim tractandum sit, donec hic sum pro his rebus huc missus, me certiore faciant. Semper enim me ad omnem eorum nutum paratum habebunt, operamque meam promptam, tam apud Ss.mum D.num Nostrum Papam, quam apud Ser.mum Regem, illis polliceor. Extabit hoc apud benignum bonorum omnium Remuneratorem Episcopatus vestri insigne, cum adversus oves boni Pastoris, vobis creditas, luporum rabies cura vestra non potuerit praevalere²⁶⁰. Quod si vos taceritis et canes muti effecti fueritis, nihil latrantes²⁶¹, immunis ero ab eorum interitu. Videant autem Amplitudines V.rae, ne forte sanguinem illarum Dominus Deus de manu vestra [sit] requisiturus²⁶², quoniam cum ad ultimos terrae fines Christi Vicarius pro vobis adiuvandis nuntium suum vestris hortatibus miserit, non modo eum non vidistis, sed ne de ulla quidem re

²⁵⁸ Opinionem regis de episcopis in mente habet, vide N. 52.

²⁵⁹ Cfr. A. 3.

²⁶⁰ Cfr. Matth. 7, 15 et alibi.

²⁶¹ Vide Is. 56, 10.

²⁶² Cfr. Gen. 9, 5.

commonefaciendum curastis. Valeat Dominus meus Ill.mus cum caeteris Amplissimis Patribus et me amet. Datum Vilnae, XIII Novembris 1555.

Rev.mae Dominationis V.rae Ill.mae Dominationumque V.rarum Amplissimarum deditissimus

Aloisius Lipomanus indignus Episcopus Weronensis,
Ss.mi D.ni Nostri Papae Nuntius

a) *In copia*: vel

N. 54.

Aloisius Lippomano
Stanislao Hosio, epo Varmiensi

Vilnae, 15 XI 1555.

Responso ad priores suas litteras carens, iterum scribit, petens, ut quam primum Vilnam adveniat.

Or.: Gotha, FB, ms. Chart. A. 381 f. 57r. In f. 58v inscriptio et sigillum.

- **Ed.:** Cyprianus, p. 63-64.

- **Ed.:** Hipler-Zakrzewski HE I, p. 632 (fragmentum).

Pontifex amplissime.

Literis, quas a te superioribus diebus accepi, responderam, sperans tuum me brevi puerum visurum, cui ad te alteras darem²⁶³, sed cum ille nec dum venerit, statui has ad te quamprimum scribendas. Nam cum nonnulla sint, et ea permagna, mihi tecum communicanda, cuperem mirum in modum te hic adesse. Sunt enim huiusmodi, ut ea non audeam literis committere. Credibile non est, quantum ego in hac communi fidei causa, quam suscepi, consiliis et prudentia tua, quodque maximum est, bonitate confidam. Ego vero ad te libentissime venissem, nisi me meum, quo nunc fungor, officium apud Ser.mum hunc Regem detineret. Nescio enim quam ab eo divertendi iustam possim inire rationem. Quare, si me amas, cura, obsecro, ut te quamprimum videam. Celeri enim huc tuo nobis opus est adventu. Bene vale, Rev.me in

²⁶³ Vide supra, N. 49.

Christo Pater, tibi que persuade, te a me unice amari. Datum Vilnae, die XV
Novembris [M.D.]LV.

Rev.mae Dominationis V.rae amantissimus

(^a-A[loisius] Lipomanus indignus Epus Veronensis, Ss.mi D.ni Nostri
Papae Nuncius^a)

^a) *Autographum.*

N. 55.

Aloisius Lippomano
Stanislao Hosio, epo Varmiensi

Vilnae, 23 XI 1555.

*Significat se litteras eius, 11 XI datas, accepisse. Ad singulas interrogatio-
nes in eis contentas nunc non respondet, nam sperat se eum brevi Vilnae visu-
rum et de negotiis magni momenti cum eo acturum esse. Negotia eius propria
curae vicecancellarii (Ioannis Przerembski) et Martini Cromeri se commisisse
nuntiat. Scripta eius laudat.*

Or.: Gotha, FB, ms. Chart. A. 381 f. 59r-v. In f. 60v inscriptio, sigillum et anno-
tatio manu Valentini Kuczborski: "R[esponsum] die primo Decembris 1555
Helsbergae".

- **Ed.:** Cyprianus, p. 64-65.

- **Ed.:** Hipler-Zakrzewski HE II, p. 636-637.

Rev.me in Christo Pater et Domine mi colendissime.

Literas Rev.mae Dominationis V.rae tertio Idus Novembris datas accepi,
quae quo longiores, eo mihi gratiores extitere²⁶⁴. Incredibile est enim, quan-
tum me tam boni Pontificis literae soleant oblectare. Ego vero ad singula ca-
pita lubenti animo responderem, nisi eam me brevi visurum sperarem. Cum
namque proxime his diebus praeteritis literas ad eam dederim, orans, ut ad
nos quamprimum veniret, quod multa erant, nec parvi ponderis, quae suo
diutius suavissimo atque amantissimo consilio ac sermone carere non pote-

²⁶⁴ Non sunt repertae.

rant²⁶⁵, non possum non sperare eam ad nos cito evoluturam. Quare omnia ad eius adventum differo. Tantum vero hortabor, imo potius obsecrabo, ut si adhuc se itineri non dedit, surgat illico et ad nos accurrat. Maximum namque omnium erit, omni mora abiecta, Episcopum huc Varmiensem adesse. De eo, quod cum Maiestate Regia, ut Rev.mae Dominationis V.rae voluntati obtemperarem, libentissime eram acturus, Vicecancellario²⁶⁶ et Cromero²⁶⁷, viris prudentissimis sui que nominis amantissimis, eorum hortatu curam reliqui. Curaturos autem id egregie polliciti sunt²⁶⁸. Bene vale, Pontifex ornatissime. Datum Vilnae, IX Cal. Decembris [M.D.]LV.

Rev.mae Dominationis V.rae observantissimus

(^a-A[loisius] Lipomanus indignus Epus Veronensis
Ss.mi D.ni Nostri Papae Nuncius

Rev.me Domine. Postquam huc appuli, multa ex compositionibus Dominationis V.rae Rev.mae magna cum voluptate legi, nempe caput de Traditionibus, epistolam scriptam Epo Kelmensi, acta per eam cum suis schismaticis Elbingensibus²⁶⁹. In quibus om[59v]nibus summam eruditionem cum summa pietate et zelo honoris divini coniunctam repperi. Ego quoque multa quandoque in eas materias congessi. Nam et mihi semper cum haereticis certamen fuit²⁷⁰. Et quia veritas uniformis est, nec angulos habet, videor mihi ad aurem cum Dominatione V.ra Rev.ma fuisse loquutus. Verum in ea longe redundare video, quae in me desunt, videlicet dicendi copia abunde tanquam torrens fluens et antiquorum Patrum observatissima lectio. Utinam plures huiusmodi pastores Sancta Mater Ecclesia haberet, qualis est Rev.mus Dominus meus, forsitan in tot angustiis minime nunc versaretur. Quale sit autem meum de rebus Polonicis iudicium, quum Dominus meus aderit exponam, nec credam multum ab eius sententia distare^{a)}.

^{a-a)} *Autographum.*

²⁶⁵ Cfr. N. 54.

²⁶⁶ Ioannes Przerembski.

²⁶⁷ Martinus Kromer (1512-1589), eximius bonarum litterarum cultor, secretarius regius ab a. 1544, postea coadiutor et epus Varmiensis (ab a. 1569).

²⁶⁸ Cfr. supra N. 49.

²⁶⁹ Caput de Traditionibus a. 1553 Cracoviae editae *Confessionis Catholicae Fidei Christianae*, epistolam ad Iacobum Uchański (1502-1581, epum Chelmensem ab a. 1551), 2 XI 1555, prolixa argumenta contra convocationem concilii nationalis continentem (ed. Hipler-Zakrzewski HE II, p. 623-628), et *Acta cum Elbingensibus* - haec ultima duo opera Lippomanus non nisi in manuscripto a Cromero sibi commodato tum legere potuit.

²⁷⁰ In opere suo principali *Confermazione et stabilimento di tutti li dogmi cattolici, con la subversione di tutti i fondamenti [...] dei moderni heretici*, Venezia 1553, cfr. Introductionem.

N. 56.

Aloisius Lippomano
Paulo IV, pontifici maximo

Vilnae, 25 XI 1555.

Auditorem suum (Iacobum Livrieri), in quodam gravi negotio ad eum missum, commendat.

Autogr.: BV, Barb.Lat. 5715 f. 9r. In f. 10v inscriptio et sigillum.

Sanctissime Pater, post pedum oscula beatorum.

Il lator della presente è il mio Auditore²⁷¹, il quale spaccio a posta a V.ra Santità, acciò le dica molte cose di grande importantia²⁷². Prego adonque la Beatitudine V.ra, si degni benignamente ascoltarlo et prestar quella fede alle sue parole, perché è persona dotta, da bene et valente, che prestarebbe a me medesimo, se io fusse nel suo benigno cospetto. Il Signor Dio conservi V.ra Santità sana et nella sua perpetua gratia. Data in Lithuania, nella Città di Vilna, alli XXV di Novembre del M.D.LV.

Di V.ra Santità humilissimo et obligatissimo servo
 A[loyse] Lipomano indegno Vescovo di Verona

N. 57.

Aloisius Lippomano
card. Carolo Carafa

Vilnae, 27 XI 1555.

Nuntiat se litteras eius, 1 IX datas, accepisse et certiore eum facit se mandata in illis contenta apud imperatorem (Carolus V) et epum Herbipolensem (Melchiorum Zobel) exsequi non posse. Significat se et viva voce et per litteras regi rettulisse rationes, cur summus pontifex celebrationem concilii nationalis non sit permissurus. Rogat, ut munere suo in Polonia obeundo absolvatur et re-

²⁷¹ Iacobus Livrieri, cfr. Introductionem.

²⁷² Debat referre negotia quaedam, "que buenamente no se deve ni se puede escrivir" (cfr. infra N.65).

vocetur. Nuntiat tres novissimas epistulas suas una cum fasciculis litterarum reginae Bonae per Venetias missas esse; regem oratores suos in Moscoviam mittere indutiarum causa.

Cop.: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 165v-166r.

Lettera scritta all'Illmo Card. Carafa di 27 di Novembre 1555

Ill.mo et Rev.mo *etc.* Finalmente ho ricevuto una di V.ra Signoria Ill.ma del primo di Settembre, con la dupplicata, in risposta delle mie di III, VIII, X et XVI d'Agosto²⁷³. Et piacemi che tutte siano capitate sicure nelle sue mani. Parmi anco in questa parte haver adempito il suo desiderio d'essermi partito d'Augusta senza che fusse fatta altra provisione di danari, vedendo che Sua Santità haveva tanto a cuore ch'io facessi presto questo viaggio. Gli officii che V.ra Signoria Ill.ma m'impone per questa sua ch'io faccia co'l Ser.mo Re di Romani et co'l Vescovo di Herbipoli²⁷⁴, quella vede ch'io sto in termine di non poter eseguirli, però si degnerà di far eseguirli per altra via.

Di qua non ho molto che dire a V.ra Signoria Rev.ma, se non che doppo l'ultimo mio ragionamento ch'io feci con questo Ser.mo Re, Sua Maestà m'ha detto che quando Sua Beatitudine non volesse o non potesse dar il Concilio generale, bisogneria che concedesse il nationale qui in Polonia, ove determinassero queste cose controverse. Al qual parlar subito risposi con ragioni vive et efficaci, che Sua Santità non lo farebbe mai, né lo doveria fare, perché non era giusto che le cose della fede Cattolica si dovessero restringere ad essere determinate in una parte sola del mondo, ove non si trova né dottrina né pietà; et che questa era una gran cosa volersi partire di tutto il corpo della Chiesa, per adherirsi poi ad heretici et schismatici, et voler poter fare decreti conforme a gli loro appetiti. Et non solamente gli ho detto ore aperto et rotundo, ma ancora l'ho fatto una epistola, nella quale pertratto a lungo questa materia, che quando havrò commodità, farò capitar in mano di V.ra Signoria Ill.ma²⁷⁵. Et io medemo gli l'ho data, per scarrico della mia coscienza et per debito dell'ufficio mio ch'indegnamente tengo.

[166r] In qualunque modo s'habbia a risolvere Sua Santità, la quale è prudentissima et è illuminata dal Spirito Santo, con questa Maestà, o concedendole il general Concilio, o il nationale, o vero non dando né l'uno né l'altro, prego V.ra Signoria Ill.ma si degni impetrar da Sua Beatitudine il mio ritor-

²⁷³ Epistula Caroli Carafa non invenitur, epistulas Lippomani ad eum missas vide N. 22, 23, 34 (epistulam die 10 VIII datam, quae nihil de Polonia habet, ed. Goetz NBD I/17, p. 139-141).

²⁷⁴ Cum rege Ferdinando et Melchior Zobel († 1558), episcopo Herbipolensi ab a. 1544.

²⁷⁵ Neque hanc epistulam, neque eius exemplar Romam missum reperire potuimus.

no in Italia, però che il star mio hormai qui non è d'honor di Dio né di Sua Santità né anco mio, benché quest'ultimo importi poco. Et quando fusse poi necessario mandar qui altra persona, ognuno sarà miglior di me. Dio sa ch'io ho servito et servo Sua Beatitudine con ogni fedeltà et sincerità, ma da qui inanzi non veggio poterlo fare senza gran carico della mia coscienza.

Doppo ch'io sono in Littuania V.ra Signoria Ill.ma havrà havuto tre mie lettere fuor di questa, ciò è di ultimo del passato, di III et di IX del presente²⁷⁶, mandate per via di Venetia a gli miei, sotto plichì della Ser.ma Regina Bona. Di nuovo si tiene per certo che si havrà pace co'l Moscovita, come già le scrissi²⁷⁷. Et fra pochi giorni questo Ser.mo Re gli ha da mandar tre Ambasciatori a questo effetto²⁷⁸. Bacio la degnissima mano etc. Di Vilna, a XXXVI di Novembre 1555.

A[loyse] L[ipomano] V[secovo] di Verona

N. 58.

Aloisius Lippomano
Ioanni Drohojowski, epo Vladislaviensi

Vilnae, 1 XII 1555.

Scribit sibi significatum esse eum, cum regii mandati de eiciendis concionatoribus Lutheranis exsequendi causa Gedani commoratus esset, eis permisisse, ut praedicationes suas continuarent, dummodo nihil contra personam suam obloquerentur. Quamquam hoc credere de eo non possit, obsecrat eum, ut se bonum episcopum praebeat et tales concionatores ex urbe expellat; si id minus fecerit, se summum pontificem de omnibus certiore facturum esse. Breve pontificium ei mittit.

Cop. coeva: Milano, BA, D.175 inf., f. 146r-147r (non accessibilis).

Cop. XVI saec.: Roma, APUG, ms. 588 f. 101v-104r.

Cop.: AV, F.Borghese I 163-169 f. 56r-58v.

Cop.: Torino, AS, Racc. Mongardino, ms. 82 f. 293r-294r.

Cop.: Venezia, BM, Ms. It. V 16 (5668) f. 270r-271v.

Cop.: BV, Barb.Lat. 851 f. 246v-249r.

- **Ed.:** Rykaczewski I, p. 3-5.

Cop.: Trento, Bibl.Comunale, ms. 89 f. 100r-v.

²⁷⁶ Cfr. N. 48, 50 et 52.

²⁷⁷ Vide supra, annotationem 249.

²⁷⁸ De eiusmodi oratoribus scribebat ad Hosium Vilna 25 X 1555 secretarius regius Gabriel Grabowiecki "Iam Palatinus Vittebcensis [dux Stephanus Zbaraski] cum Ioanne Szymkowicz [capitano Tykocinensi] oratores in Moscoviam sunt nominati, qui de triennialibus induciis apud Moscum sunt tractaturi" (Hipler-Zakrzewski HE II, p. 618).

Lettera ammonitoria di Mons. Luigi Lippomano,
Nuntio di Papa Paolo IV, al Vescovo di Vladislavia^{a)} etc.²⁷⁹

Significaverunt mihi gravissimi viri hisce proxime praeteritis diebus Dominationem Vestram sese Gedanum contulisse, cumque ibi de eiiciendis ex Ser.mi Regis mandato falsis quibusdam concionatoribus, qui circa catholicam fidem aliqua innovare nitebantur²⁸⁰, ageretur, eandem Dominationem V.ram Senatui illius Civitatis interfuisse, multisque hinc [102r] inde dictis, tandem inter vos convenisse remque ita composuisse, ut concionatores huiusmodi praedicationes suas non intermitterent et modo nihil contra Dominationis V.rae personam obloquerentur, quicquid contra episcopale officium dicere vellent, pro suae voluntatis arbitrio dari possent.

Fateor ingenue, haec ut de tanto Praelato crederem, adduci non potuisse. Quomodo enim sapiens vir tantum desipere potuisset, praesertim cum, sub Iulio 3^o, Romano Pontifice, ad Inquisitionem Romanae Curiae delato et Ser.mi Regis Poloniae expurgato, suum ei munus minime fuerit interdictum, eiusdem Regis data fide, quod egregie in posterum Rev.da Paternitas V.ra pietatem christianam tutaretur²⁸¹. Credat ergo, credat qui voluerit, ego me penitus credere diffiteor. Indignum est, ut de tanto tamque [102v] gravi viro ea a me credantur, quae de quolibet impio credere vix possit quisquam. Verum quia id a quibusdam pro certo affirmatur, quod ego ab omni veritate prorsus alienum puto, rogo, hortor, moneo Rev.dum D.num Episcopum Vladislaviensem et per viscera misericordiae Dei nostri obtestor, ut spes, quam de eo Romana Ecclesia, literis Ser.mi Regis fulta, concepit, non irrita et cassa remaneat, nec istis errorum tenebris, quae nunc circumfunduntur, Christianus Episcopus se involvi permittat, aut falsos hos concionatores contra Ser.mi Regis edictum praedicare patiatur, ne dicatur ei illud Psalmistae: Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas²⁸². Hoc enim non esset Episcopum, sed mercenarium agere, imo lupum pastoris larvam induere²⁸³. Proh dolor, quae est ista effre[103r]nata licentia, si quod ad nos affertur verum est: Praedicate contra episcopale officium, dummodo contra personam meam non praedicetis. Ergo huiusmodi est epi-

²⁷⁹ Ioannes Drohojowski (ca 1505-1557), epus Vladislaviensis ab a. 1552, antea Camenecensis (ab a. 1545). Animus ad indulgentiam in "protestantes" inclinatus atque tutela et patrocinium, quo Andream Fricium Modrzewski prosequeretur, fuerunt maximae ex accusationibus, quas Stanislaus Hosius et postea Lippomanus in eum movebant (Kot AFM, p. 127-146). Cfr. A. 18 et 25.

²⁸⁰ De simili mandato Sigismundi Augusti, ad Gedanum quod attinet, nihil nobis constat (cfr. Bogucka HG II, p. 253), ceteroquin ipse Drohojowski negat eiusmodi aliquid tunc mandatum fuisse (vide infra, N. 62). Agitur hic certe de edicto regio, a Sigismundo Augusto 12 XII 1550 Cracoviae contra "protestantes" edito (ed. Korzeniowski OR, p. 698-700 et Szujski SRP I, p. 59-60), cuius exemplar etiam inter chartas ipsius Lippomani servatum est (Milano, BA, ms. D. 175 inf., f. 173r-175r).

²⁸¹ Cfr. litteras Sigismundi Augusti ad Iulium III Gedano 16 VIII 1552 et explicationem causae a summo pontifice acceptam et citationem revocatam in litteris card. Bernardini Maffei ad regem 19 XI 1552 datis (ed. Wierzbowski U, II, p. 27-29).

²⁸² Cfr. Ps. 49, 18.

²⁸³ Paraphrasis Ioan. 10, 12.

scopale officium, quod contra illud praedicari possit? Nonne illud est munus apostolicum a Domino Nostro Iesu Christo institutum? Nonne is ore proprio dixit: Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis?²⁸⁴. Nonne per hoc officium totus terrarum orbis Christi fidem suscepit et idola muta et sordida reiecit ac detestatus est? Quid ergo in se contagionis aut maculae habet excellentissimum in Ecclesia Dei munus, ut contra illud a perditis hominibus praedicari possit?

Itaque, Rev.de Pater, cum de te huiusmodi rumores iacentur, eaque dicantur, quae non de Christiano Praelato, sed ne de impio quidem Apostata [103v] dicerentur, ut mundus totus ea mendaciter et falso dici de te cognoscat, effice et omnibus tuis viribus elabora, seductores isti (non enim praedicatores dixerim) ex oppido Gedani, iuxta Regis nostri edicta, expellantur, et si quod per Dominationem V.ram illis promissum, quod non credimus, id enim semper repetere statutum est mihi, iuxta illud quod vulgo aiunt: In malis promissis rescinde fidem, omnino irritetur. Hoc si egerit, Sanctum Marcellinum, Romanum Pontificem, imitata²⁸⁵, et animarum sibi commissarum saluti et bonae famae suae consuluerit. Quod si secus factum fuerit, et quae nobis relata sunt vera, quod absit, extitisse compertum fuerit, Nos ex officio nostro de his omnibus Ss.mum D.num Papam certiore facere cogemur, culpaque carebimus, si quid postea in personam vestram, quod nolumus nec cupimus, durius [104r] statutum fuerit. Ut autem sciat Paternitas V.ra Rev.da quantum sibi tribuat Sanctitas Sua, eius literas ad illam his inclusas mittimus²⁸⁶, eamque enixe rogamus, ut omnem adhibeat operam, ne a tam bona aestimatione ex Ss.mi Domini Nostri Papae corde decidat. Valeat in Christo Paternitas V.ra et quaecumque dicta sunt, ex amico et zelanti pectore profecta fuisse credat. Datum Vilnae, die prima Decembris M.D.LV°.

Dominationis V.rae Rev.dae servitor

A[loisius] Lippomanus indignus Epus Veronensis Nuntius

a) *In ms. APUG et ab eo provenientibus: Vradsilavia*

²⁸⁴ Matth. 16, 19.

²⁸⁵ Marcellinus, summus pontifex a. 296-304, qui m. Maio a. 303 iussu imperatoris Diocletiani libros sacros tradidisse fertur et idolis sacrificasse, postea vero facti huius eum paenituisse, ita ut pro fide capite plexus fuerit.

²⁸⁶ Agitur de brevi 14 VIII 1555 dato, cuius reg. in AV, Arm. 44, ms. 4 f. 123r-v servatur.

N. 59.

Bona regina Poloniae
Aloisio Lippomano

Varsaviae, 10 XII 1555.

Certiozem eum facit res suas Varsaviam pervenisse; eas tamen Vilnam non mittit et suadet, ut Varsaviam - adhuc ante regis (Sigismundi Augusti) illuc adventum - adveniat et una secum in Italiam revertatur.

Cop.: BV, Barb.Lat. 5805 f. 62r (in cancellaria nuntii confecta).

Copia d'un capitolo d'una lettera della Ser.ma Regina Bona,
 inviata a Mons. il Noncio,
 data in Varsovia sotto il giorno X di Decembre del LV

Quanto allo che V.ra Signoria ci scrive che desidera haver le sue robbe, quali li giorni passati a drieto le scrissemo esser arrivate qui in Varsovia, per la gran necessit  ne tiene²⁸⁷, le dicemo ch'l parer nostro non   di mandar-gliile, per  che, dovendo il Ser.mo Re, nostro filio car.mo, avanti la felice partenza nostra per Italia dover essere da noi, giudicamo esser molto meglio che la Signoria V.ra prenda licenza dal sodetto Ser.mo nostro filio di venir ad aspettarlo qui in Varsovia. Et venga da noi avanti la Maest  Sua, per le comodit  d'allogiare ch'ella truover  per lo camino, essendo gi  preparate per la venuta di detta Maest , dove ser  molto meglio veduto, che non restando in Vilna dopo la partenza di detta Maest ; et arrivato qui poi aspettar la risposta delle lettere di V.ra Signoria da Sua Beatitudine, secondo la quale si potr  risolvere delle cose scrittogli intorno alla Religione con detto Ser.mo nostro figlio. Et tanto pi  che grandemente desideriamo che V.ra Signoria sen tornasse con noi in Italia. Il che vederebbero molto volentieri per molti degni rispetti. Et a questo effetto mandiamo questo nostro cobicolario, latore della presente a V.ra Signoria, a talch  ella si possa risolvere di venir otto o dieci giorni da noi avanti il Ser.mo nostro figlio. Quale, quando con noi una con V.ra Signoria si trovar , anchora che non fusse venuto la risposta delle sue lettere dalla Santit  di Nostro Signore, potr  meglio espedirla et determinare lo che s'ha da fare avanti la partenza^{a)} nostra, che non restar V.ra Signoria in Vilna, senza spalla niuna, come gi  di sopra havemo noi detto.

^{a)} *In copia:* presenza

²⁸⁷ Neutra epistula ad dies nostros asservata est.

N. 60.

Paulus IV, pontifex maximus
Aloisio Lippomano

Romae, 23 XII 1555.

Mandat ei, ut de episcopis Vladislaviensi (Ioanne Drohojowski) et Cracoviensi (Andrea Zebrzydowski) occulte inquirat et investiget, de quibus sibi renuntiatum est eos clam haeresi favere.

Reg.: AV, Arm. 44, ms. 4 f. 176v-177r.

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 588.

Cop.coaeva: Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 176v (ex originali).

Cop.coaeva: Milano, BA, ms. F. 175 inf., f. 109r-v (in acta processus contra Ioannem Drohojowski inserta, cfr. A. 19).

- **Cop. XX saec.:** Kraków, BPAN, ms 8464 I, f. 1r-v.

Cop. XVI saec.: Roma, APUG, ms. 588 f. 130v-131v (ex actis processus contra Ioannem Drohojowski transcripta cum annotatione: "quas literas nomine Sanctitatis Suae transmiserat eidem Nuntio Iacobus Card. de Puteo, huius tenoris sequentis, videlicet:" (cfr. A. 19).

- **Ed.:** Rykaczewski I, 25-26 (sine annotatione finali).

- **Cop.:** AV, F.Borghese I 163-169 f. 85v-86v.

- **Cop.:** Venezia, BM, Ms. It. V 16 (5668) f. 287r-v.

Cop.: Torino, AS, Racc. Mongardino, ms. 82 f. 306v-307r (errata datatione: "1556").

Ven.li Fratris Aloisio, Episcopo Veronensi,
apud Regem Poloniae nostro et Apostolicae Sedis Nuntio

PAULUS PAPA IIII

Ven.lis Frater, salutem et apostolicam benedictionem. Gravissime antea commoti iis, quae de Ven.li Fratris Episcopi Vladislaviensi ad nos delata fuerant, haeretica eum labe pollutum esse et haeticos homines apud se palam alere, per nostras literas ad te missas eum ad sanitatem revocare studuimus, [177r] quarum exemplum una cum his ad te mittimus, ut, si forte illas non acceperit, ipsum nunc ad eum mittas²⁸⁸. Hoc autem tempore de Cracoviensi Episcopo nobis renunciatum fuit, ne ipsum recte de religione sentire²⁸⁹. Quae res solitudinem nostram magnopere auxit.

²⁸⁸ Breve ad Ioannem Drohojowski, 5 XI 1555 datum, exprobrans ei, quod haeticis faveat, ed. Theiner VMPL II, p. 585. Agebatur procul dubio de "alito" in advocatia episcopali Volboriensi Andrea Fricio Modrzewski, v. Kot AFM, p. 143, cfr. A. 18 et 25.

²⁸⁹ Huiusmodi accusationes contra Andream Zebrzydowski movebantur praesertim a. 1551. De accusatione sub finem a. 1555 delata in fontibus prorsus tacetur (praeter processum a Lippomano vi huius

Quamobrem cupientes, si haec vera sint, tanto malo, antequam corroboretur, obviam ire ac mederi, Fraternitati tuae mandamus, ut occulte inquiras et investiges, num haec, quae illis obiiciuntur, vera sint, et quae de utroque compereris, subtiliter ad nos quam primum scribas, ut cognita veritate possimus ea (Deo auctore) remedia adhibere, quae ecclesiasticae disciplinae ratio et culpae ipsorum modus postulabit. Qua in re tantam Fraternitas tua diligentiam adhibeat, quantam et rei magnitudo poscit et tuum catholicae fidei atque animarum salutis studium flagitat. Reliqua ad te scribet ^(a-dilectus filius-a) noster Carolus Cardinalis Carafa²⁹⁰. Deus Omnipotens, cui in hoc munere deservis, Fraternitatem tuam incolumem conservet atque ab omnibus malis defendat et laboris ac diligentiae tuae fructum, quem optamus, pro sua misericordia tribuat. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIII Decembris M.D.LV, Pontificatus nostri anno primo.

^(b-I[oaannes] Franciscus Binus-b)

^{a-a)} *Ita in cop. Septimancensi et Gregoriana; in reg. Vaticano: dilecte fili*

^{b-b)} *Deest in reg. Vaticano, suppletum ex copiis Septimancensi et Gregoriana. In hac ultima sequitur (in f. 132r) fragmentum, ex actibus processus sumptum, de inquisitionis a nuntio institutione (cfr. A. 18). Quo finito habetur annotatio scribae: Sequuntur depositiones testium, tam contra Ioannem*

praefatum Vradislaviensem Episcopum, quam adversus Andream Episcopum Cracoviensem, ex quibus ipsi de eorum haeresi convincuntur. Qui processus et depositiones, data opera, omissae fuerunt, ne paginas occuparem. Sequitur autem super his eiusdem Epi Lippomani epistola ad Summum Pontificem (*sequitur copia epistolulae, die 18 VI 1556 datae, v. infra, N. 99*).

N. 61.

Aloisius Lippomano
Stanislao Hosio, epo Varmiensi

Vilnae, 23 XII 1555.

Cum eum Vilnae adhuc videre non potuerit, petit, ut se et archiepiscopum (Nicolaum Dzierzowski) Varsaviae conveniat, quo se mox ipse una cum rege (Sigismundo Augusto) collaturus est.

Or.: Gotha, FB, ms. Chart. A. 381 f. 62r. In f.63v inscriptio et sigillum.

- Ed.: Cyprianus, p. 65-66.

mandati celebratum, cfr. A. 19). Adhuc 23 XI 1556 card. Iacobus Puteo, cui in Curia Romana negotia Poloniae commissa erant, diligentiam eius laudabat et Lippomanum ipsi commendabat (Wisłocki, p. 541-242).

²⁹⁰ Litterae ad card. Carolum Carafa non reperiuntur.